¶ Aljama non soluens recuperatori regis redditus seu iura regis vsque ad destinatū terminum punitur: vt infra Consilium. c.

¶ Alferez. vide infra Capitaneus.

¶ Alienatio nulla fiat rei singlose: vide infra. Lite. c.

Alienare non licet ciuitates loca: castra: nec hereditates regis. vide infra. Rex. b.

¶ Alienatio rerum prohibetur: vide infra. Extrahens. Et. c. Equus. τ. c. vendens τ emens ros vetitas.

¶ Alienatio. vide. j parti. anu. iiij per totum τ peregrina. Alienatio. ¶ Et no. quod alienatio siue pignoris obligatio quādo est prohibita per statutum sub pena debet intelligi quando est processum ad contradictionem facti. alioquin ex simplici contractu venditionis vel pignoris: licet alias nudo consensu cōtrahatur: tamen pena non committitur. no. Bal. in l. feu. titu. Quibus modis feudum amit. c. j. §. Aut si libellario collatione x.

¶ Alienari non potest regulariter res que restitutioni subiacet. vt. l. si § Sed quia nostra C. Comm de le. nec vsu capio: nec longi temporis prescriptio alienationem potest validare. vt. §. Sin autem sub conditione eandem. l. Non ob. auct. Res que restitutioni. eo ti. sumpta ex. §. Quamobrem in auct. De resti. Et ea que parit colla. iiij. quia intelligitur secundum glo. ibi in dote τ donatione constituenda aggrauata persona τ est ratio: quia est fauor dotis τ donationis propter nupti. vt quis inueniat coniugem τ cetera. Et in quantum loquitur auct de dote concordat l. Mulier. §. Cum proponeretur. τ. l. A filia ff. ad trebelli. Cum ergo dictus. §. Quāobrem permittat facere obligationem dotis vel donationem ante nupti. Non tamen permittit vt talia res iam restitutioni subiecte possit obligari pro dote iam data. Item dicte. ll. Mulier. § Cum proponeretur. τ. l. a filia: loquuntur in dote constituenda. Ergo eodem casu debet intelligi dicta auct. Res que cum expediat iura iuribus concordare: vt. c. Cum expedat de electi li. vj. τ. l. Vna. C. de in offi. doti. Et hoc praemaxime cum glo. Dicte auctentice. Res q̄ loquitur sine fundamento τ etiam in casu diuerso: videlicet cum filijs fam. accepit dotem τ post est institutus τ rogatus restituere. nunc tamen loquitur cum postq̄ fuit institutus et rogatus contraxit matrimoniū. Et potest esse ratio diuersitatis: quia in casu glo. cum iā cōtraxit matrimonium τ dedit donationē propter nupti. τ accepit dotem erat certum q̄ de bonis que subiacebant restitutioni non poterat in aliquem casum alienare. Ideo nimirū si glo. Licet exorbitans det casum in quo alienetur. s. vt obligetur pro dote restituenda. Secus si ante fuit institutus: τ nondum contraxerat matrimonium erat iam rogatus restituere. τ sic poterat in aliquem casum alienare: videlicet in causam dotis vel donationis. τ quod sic debeat intelligi tenet ange. in auctenti. De resti. τ ea que parit. ij. colum. ad fi. Ubi dat intellectum ad. §. Quamobrē. s. quod habeat locum quoties quis promisit dotem vel donationē propter nupti. τ post instituitur heres τ rogatur restituere hereditatē. Quia ex istis rebus que subiacent restitutioni poterit soluere dotem vel donationem promissaꝫ. Secus si ante promissam talem dotem vel donatiōeꝫ est institutus τ rogatus quia tunc non possꝫ alienare seu obligare tales res restitutiōi subiacentes. τ vide ange. in dicta auct. Res que. τ glo. τ docto. i l. Obligamur. ff. De acti τ obli. τ abb. i. c. j. De spon. impube. Angelus tamen in alle. auct. De resti. τ ea que parit §. Quamobrem. Cōcludit q̄ ad hoc vt pro dote danda vel pro donatione constituenda res subiacentes restitutiōi possint alienari. est necesse q̄ obligatio dotis vel donationis dande precesserit grauamen. Nam si patua filia que est de restituendo grauata vellet de bonis que subiacent restitutioni dotem restituere pro se non posset. Sed si eam promiserat dare marito anteq̄ esset grauata τ postmoduꝫ heres instituitur τ grauatur bene potest dotem pro se marito promissaꝫ soluere de istis bonis. τ idē est in filio Et ita intelligitur dictus. §. τ auct. Res que. Uide in tractatu maioratus in fi. glosarum For legum que est addicio a. l. vnica. ti. De la guarda de los fijos del rey. Foro legū li. j.

¶ Alienigena non debet in regno beneficium ecclesiasticum obtinere. vide infra Beneficia. a. b.

¶ Alcauala soluatur de sellis τ frenis et calcaribus τ stribis quia armorum nomine non continētur sub penis legū quaterni de alcaualas. c. Ordi. xvij.

¶ Alcauala. vide infra. vectigal per totum.

¶ Alcauala seu gabella non debet solui de vinu clericorum quod venditur. No. Jaco. vt refert Bal. in recollectis in l. Omnis. C. De episcopis τ cleri. τ est. l. ij. Nec etiam debet solui de re inestimabili: quia ad illum casum ad quem non adaptantur verba legis non adaptatur dispositio eius; vt. c. Indemnitatibus.

§. Sed cum eis de electi. li. vj. Et no. Bar. in. l. Quod constitutum. ff. De sta. mili. vt refert Barbatius super rubrica. De commoda. Item no. quod si statutum dicat quod de quolibet contractu in quo ius transferatur debeat solui gabella: et aliquis vendidit predium cum pacto quod non transeat ius in emptorem nisi post mortem venditoris. Si nunc tempore contractus soluta gabella non soluetur: postea tempore iuris transeuntis ar. l. Sancimus vinis. C. de consuli. li. xij. Et ibi Bar. et Jo. de pla. Similiter de promissione seu de contractu promissionis de vendendo fuit soluta gabella non soluetur postea de venditione sequenti. Quia est complementum prime conditionis. De quo per Bar. in l. interdum. §. Quotiens. ff. de publi. Similiter si res vendita: de qua fuit soluta gabella redeat ad venditorem ex redibitione vel ex pacto legis commissorie vel in diem non soluetur noua gabella. Et hoc tenet ange. de peru. in. l. Si hominem. ff. de usu capi.

Amicitia debet inter generosos seruari: et hoc merinus exequatur. vide infra. Merini. m.

Amicitia fuit per generosos per pacem cum promissione bone fidei: et sine pena apposita: quam non licet sine diffidatione rumpere. Generosus autem contrafaciens est aleuosus. Ordi. regis al. de alcala ti. xxxvj. l. ij.

Amicitia. Que quidem amicitia secundum philosophum est voluntas bona erga aliquem causa illius. Huius officium est idem velle et idem nolle. amicum secrete ammonere: palam laudare. Et secundum senecam hec quidem lex est in amicitia: ut nec rogemus res torpes: nec faciamus rogati. Et secundum tullium alia lex est: ut cum amico cuncta deliberes: sed prius de ipso. Tercia ne studeas nosse quod ille vult latere. Quarta secundum lucanum ne asperitas amicitiam dirimat. Si enim vis amari ama. Item nota quod non videtur amicitiam seu pacem rumpere qui propter nouam discordiam alterum offendit quia de hoc non fuit cogitatum notat Bal. in. li. feudo. ti. de pace tene. et eius viola. c. j. in prin. super v. pacem. Item no. quod pax fuit inter nobiles sub certa pena applicanda ecclesie vel alteri domino si semel rumpatur licet postea nobiles se reconcilient et omnem iniuriam mittant tamen non preiudicatur ecclesie vel domino. no. Bal. in. l. Insulam. §. si. ff. solu. matri. Item no. quod minor cum iuramento potest facere pacem et obligatur ad penam seruandam no Bal. in ti. de pace iura. fir. c. j. in prin. ij. colum. Item no. quod paces rumpit qui alteri parti facit furtum vel dat enorme damnum Bal. in ti. de pace et eius viola. c. j. §. si in fine.

a ¶ Appellatio interposita a iudice ville vel loci ciuitati vel alij loco subiecti determinetur per iudicem ciuitatis vel loci ad quem de consuetudine pertinet: nisi sit priuilegium in contrarium. Ordi. regia al. vallid. peti. xxij. Appellari non licet ab interlocutoria sententia: nisi lata fuerit super

b peremptoria exceptione: vel super aliquo articulo negocio principali preiudicanti. vel si declinatoria fuit opposita: et iudex pronunciauit se iudicem. vel si iudex fuit vt suspectus recusatus et formam legis infra. c. Recusans non obseruauerit. vel si pars copiam petat publicati processus et iudex illam renuat dare. In his casibus dumtaxat non in aliis iudex tenetur appellationi ab interlocutoria deferre. Ordi. regia al. de alcala. ti. xiij. l. j.

¶ Ab interlocutoria. Et est ratio ne lites amplientur et dilatentur. C. de iudi. apertissimi. Item no. quod si iudex a quo appellatur a grauamine in responsione appellationis dicat: appellationem tuam non admitto: quia non grauiamen dictum grauamen reuoco. Quod tale grauamen est reuocatum pure non condicionaliter per l. Cum ad presens. ff. Si certum petatur. vbi hoc no. Bar. Et ideo ad iudicem ad quem non est necesse ire appellantem ex quo grauamen est reuocatum.

Et sic no. ex hac l. ordinationis quod quando interlocutoria preiudicat in principali facto vt l. Aut pretor. §. Permittitur. ff. de mino. vel tangit substantiam negocij principalis: vt. l. Intra vtile. ff. de mino. A tali interlocutoria bene appellatur. Idem dicit Bal. i. l. Ab arbitro. ff. Qui satis. de cogun. quando interlocutoria preiudicat in executione futura. vt no glo. in dicta. l. arbitro Idem quando fertur super executione lata sententia. C. Quorum appe. non recipi. l. ab executione. Idem quando non potest reparari grauamen aliter quam per appellationem ab interlocutoria: vt si iudex interlocutus est aliquem torquendum. ff. De appe. recipi.

l. ij. z. l. Si quis. Idē quādo interlocutoria est
lata super legitimatione personarū. Quia ta-
le grauamē non potest per diffinitiuam repa-
rari. C. de procura. l. Ita demum Siue feratur
super legitimatione persone iudicis: vt no. C.
Ne fi pro pe auct. habita Siue super legiti-
matiōe persone actoris: vt dicto §. Permitti-
tur. Siue super legitimatiōe persone tutoris:
vt. c. Ex parte iij. de appel Siue persone rei:
vt in alle l. Arbitrio. Siue persone testis: vt i
Spec. ti. De testi. § iij. v. Rescripta autez Ut
si iudex interloquatur testē esse admittendum vel
non z cetera no Bal in dicta. l. Arbitro.
Preiudicanti. Et sic no. § si est interlocutoria
que non potest in causa appellationis exami-
nari licite ab ea appellatur alioquin non: vt
hic. Concor l. Ab arbitro. ff. Qui satis dare co-
guntur. Ceterum si iudex pronunciat nullam
de exceptionibus propositis admittedā bene
poterit ab hac interlocutoria appellari. Quia
a beneficijs per iudicis iniuria de negatis ap-
pellatur. C. de inte. resti l. j. in fi. C. de appe. l
Si quis prouocatione. Et de tenui l. Ali pre
tor. §. Permittitur. Appellatur etiā a benefi-
cio executionis denegato ff Quādo appe. sit
l. j. § . Si quis tutor. z. ff de admi. tuto. l. Tu-
tores qui possunt. §. Tutor datus. Et regula
riter vbicunqz iudex grauat cōtra ius scriptū
est causa rationabilis appellandi: vt si dene-
gat iuris beneficiū vt dictum est. Et. xviij. di.
De his prope fi Et de secundis nupci. l pe. z
fi. Ut si iudex denegat restitutionem spoliato
priusqz de proprietate cognoscat: vel si negat
quartā productionem testium cū solēnitate
legali. iij. q ij. per totū De resti spolia. Et cō
questione. De testi Significauerunt: vel si ci
tat ad locum suspectum: vt c. Ex parte de ap
pe. vel si nō admittit recusationem: vt hic. z. c.
postremo. e. ti. Et in alijs casibus de quibus
per Spec. De appe. §. In quibus. v. porro
cū se. Copiā. Concor. C. Ut lite pen. l. ij. vbi
licite appellatur si parti petenti editio actorū
non fiat. Itē casus in quibus non admittitur
appellatio ponit spec. in dicto. §. In quibus
per totum.
Indistincte tamen de iure fori admittitur: vt
Foro legum li. ij. ti. De appellatiōe. l. j. Et vi
de quod ibi scripsi. De iure tamen partitarum
cauetur id qd hic dicitur. ij. parti. c. ti. l. xiij.
Regulariter est notandū qd vbicunqz iterlo-
cutoria īfert grauamē quod nō potest per ap-
pellationem reparari: habet locum appella-
tio: vt in l. ij ff. De appella. resti. Idē quan-
do post interlocutoriā non speratur diffiniti-
ua. Et sic loquitur ista l. Et notat late z notabi
liter Bar. i dicta. l. ij. De appella. resti. quam
vide.

¶ Appellationi nō defertur a sentēcia q̄
est lata in termino assignato ad eā profe-
c rendam. si anteqz iudex ab audientia sur-
gat pars non compareat ad audiendum
sentētiam nec ad appellādum ab ea. Si
tamen post diem certam ad sentenciādū
assignatam iudex pronunciet: vsqz ad tri-
duum pars poterit ab ea appellare. Or-
di. al. de alcala ti. xiij. l. ij.

¶ Appellationi ab audientia: an tota illa di-
es cedat partibus: vide quod dixi īfra Citatio
c. in fi Appellandum. Et hoc intelligo de ve-
ro seu euidenti contumace: non autez de ficto
De quo vide quod no glo magna in cle. vni
ca de dolo z contu. Triduum. Est tamē notā
dum qd licet triduum vel. x. dies transeant a tē
pore grauaminis: si pars iterum petat a iu-
dice iusticia sibi administrari z non faciat iu-
dex: poterit etiam vltra triduum a iudice appel-
lari. Quia de nouo videtur iusticiam denega-
re z grauare: vt notabiliter per Ven. i. c. Per
tuas de sen exco. z abbas in. c. Ad reprimen-
dam de offi. ordi.

¶ Appellans tenetur appellationē pro-
sequi z finire a die interposite appellati-
d onis vsqz ad annū. z nisi pars fuerit legi-
time impedita ex tunc sentēcia manet fir-
ma. Si tamen per appellationis iudicez
manet ne causa infra annum finiatur te-
netur partibus expēsas resarcire. Ordi.
al. de alcala. ti. xiij. l. iij.

¶ Appellans ad annum. Concor. clemen. Si
cut appellationem. e. ti. in cle. Nisi: vide glo.
notabilem Quādo incipit currere tēpus pro
sequende appellationis. Et quod no. C. de tē
por. appe. l. Cum antiquioribus. §. Illud. z
auct. Et q̄ z Spe. ti. de appe. §. Nunc breui-
ter circa pri. z. c. Si q̄s. ij. q. vj. z. c. Constitu-
tus de appe. Et vide quod scripsi foro. i. li.
ij. ti. Delas alçadas. l. ij. in fi. firma. Concor.
c. Cum sit romana: z. c. Sepe. e. ti. Impedita
concor. c. Ex ratione eo. ti. Et est iustum impe-
dimentū Si appellans vel eius procurator
in itinere capiatur. C. Qui. petant. tu. vel cu
ratores l. Cum a matribus. z. c. pe. de pig. vel
propter infirmitatem: vel tempestatem: vel in
opiā. v. q. iij. Si egrotans: z. c. Cum dilecti

de dolo et contu. et c. pe. De soluti. Et vide as
exempla iusti impedimēti. Et qualiter p̄o
betur per Spec. in dicto. §. Nūc breuiter. v.
p̄emissa cū sequētibus per appellationis iu
dicem. Concor. auct. Ut spō. lar. §. Hoc quo
q3. Consulo tamē qd̄ hoc publice protestetur
pars. vt. e. ti. co. ti. et Spec. vbi supra. v. Item
fallunt p̄emissa cum se.

¶ Appellans tenetur appellationē pro-
sequi. et cū processu p̄sentari corā appel
lationis iudice in termino sibi per iudicē
a quo assignato. Si vero terminus nō sit
per iudicē assignatus appellās suā appel
lationem vsq3 ad. xl. dies p̄sequi tenetur
si rex vltra portos fuerit. Et vsq3 ad. xv.
dies si rex intra portos steterit. Et si fue-
rit rex in villa vsq3 ad triduum. Et si ap-
pellatio iterponatur a pretoribus ville co
ram iudice maiori in villa existente vsq3
ad triduū. Et si a iudice appelletur in ter-
mino ville ad villam vsq3 ad. ix. dies. Al
ijs dilationis appellationis cōnumeran-
dos eosdē termios: habet pars appellās
ad conquerendū d̄ iudice qui nō defert ap
pellationi. Et nisi pars appellans in die
bus terminis appellationē fuerit prosecu-
ta vel de iudice vt p̄mittitur cōqueratur
sententia remanet firma: in appellatione
aūt que ad regē interponitur vltra termi
num per iudicē vel per legē assignatū ha
beat pars nouē dies. Et tres dies de pre-
conio secundū curie stilum. Item in di-
ctis terminis pars que appellationē pro-
sequitur cū toto processu se debet corā ap
pellationis iudice presentare. Et nisi fece
rit nō audiatur ad prosequendā appella
tionē et sententia manet firma: nec potest
appellans nec eius procurator excusari p̄
textu inopie vel q̄ dn̄s litis p̄curatori pe
cunias nō dedit ad soluēdum processum.
Si tamē procurator nomine dn̄i proba-
uerit eius paupertatē. Et q̄ nō est soluen
do processum: sententia nō transit in rem
iudicatam & potest appellationē p̄sequi.
Cōpellatur aūt tabellio in hoc casu pro
cessum sine pecunijs dare. Item senten

tia nō transit in rem iudicatā si appellās
aliud legitimū ostendat impedimentum
Ordi. regis. Alfon. de alcala. ti. xiij. l. iij.
¶ Presentari. No. qd̄ satisfacit appellans pre
sentando se coram iudice regis in appellatio-
nis prosecutione ac si corā rege presentatus es
set vt l. Precipimus. §. Hinc saluberrime C.
De appella. & glo. & docto. in. l. A procōsulis
bus. eo. ti. Assignato. Concor. e. Cū sit roma
na. & e. Sepe. eo ti. Triduū. Est tamē notandū
q̄ licet triduū vel. x. dies transeant a tempore
grauaminis si pars iterū petat a iudice iusti-
ciam sibi administrari & nō faciat iudex potest
etiā vltra triduum a iudice appellari. Quia de
nouo videt̄ iusticiā denegare & grauare: vt no
tabiliter per Hen. in. c. Per tuas de sen. exco. &
abbas in. c. Ad reprimendā de offi. ordi.
Qui nō defert. No. q̄ superior nō potest inhi
bere inferiori ne sua vtatur iurisdictione. no i
c. De persona. ij. q. j. Nisi ex causa deuoluta
ad superiorē vt ex causa appellationis. vel in
inte resti. vl̄ nullitatis ff. De accusati. l. iij. C.
De transacti. l. Non tamē. Et hoc verū nisi in
ferior habeat iurisdictionē commissam ff. De
iu. om iudi. l. Iudiciū no. Bal in. l. i. ff. De of-
fi. consul. Et circa hanc materiā no. incidēter
q̄ abiectus exceptionis & sola oblatio proba
tionis vel iactatio nō sufficit ad iustificandū
appellationē sed oportet q̄ incontinenti se of
ferat probaturū dicendo hodie constat: hodie
agatur nō astringo vt habeat instrumentū ad
vanebum nec veniat cū sacco paratus. ff. De
soluti. l. Quod eni. & l. Iratum Sed debet of-
ferri incontinēti causa finalis talis per quā ex
bigatur breuis probatio vt dilatandi suspi-
tio purget̄. Et ex quo offert se incontinēti p̄o
baturum omnis suspitio purgat̄ longeue di-
landi ar. l. Ille a quo in prin ff. Ut in posse.
le. & l. iij. §. Ibidem ff. Ad exhiben. & l. iij. §.
Cause ff. Ad carbo. cum se. & de resti. spolia. l.
frequens. Et melius est iudici. vt talē exceptis
onem admittat etiā si presumat̄ maliciosa sta
tuendo breuissimū tempus ad eā probandam
quā dubius legitimā & verā exceptionē quā-
doq3 reijciat sola sua capitanea suspitione ad
hoc alle. e. frequens. & e. Pia de excepti.
Item requirit̄ realis oblatio probationis nō
solū verbalis & q̄ infra modicū tempus pro-
bet vt purget̄ presumptio malitie vt hoc ple
nius no. Anto. i. c. Ex parte adoc. de testibus.
Item notandū q̄ sola propositio recusationis
cū causa legittima suspendit iurisdictionem iu
dicis adeo vt processus postea subsecutus sit

ipso iure nullus. Conclusio lapi sua allega. i. allegat glo. ca. Cum speciali de appella. et glo. c. Suspitionis de offi. dele. et Dosth. in alle. ca. Cum speciali. et Jo. an. post eum in c. Legitima de appella. Nam appellatio recusatio et relatio simul intitulantur: nam cuiusque pendentia iurisdictionem suspendit: unde sicut excommunicatio non tenet post appellationem: sic nec post recusationem. Sufficit ergo formalis propositio etiam si non sit appellatum: et hoc verum nisi iudex reijciat expresse recusationem tanquam notorie friuolam: quia in notorijs et cetera. c. Ad nostram de iure iurando no. Spec. ti. De peti. et posse. § i. in prin. et archi. in c. Frequens de testi. spo. li. vi. Requiritur tamen quod iudex causam exprimat in repulsione. s. quia notorie falsa. no. Paulus in clemen. Et quidez de concessio. preben. Concludit ergo lapus ubi supra. Quod ad finem suspendendi iurisdictionem non est necessaria appellatio: sed sic ad finem deuoluendi no. de appella. c. Dilectus. et Bar. de appella. l. Si expressim.

Item no. quod si iudex recusetur ut suspectus et postea cum reijciatur et non admittatur recusatio si propter hoc fuerit appellatum. processus habitus deserta appellatione remanet nullus: quia appellatio iusta transfert iurisdictionem in iudicem ad quem: et sic non remanet penes iudicez a quo: quia indiuisibilis et penes duos in solidum eodem modo esse non potest. ff. [illegible] i. Loquitur de iure patro. c. i. de seruitu. l. Uia. glo. in c. Pastoralis de offi. dele. Actus ergo nullius non suscitatur ex desertione appellationis et cetera. Lapus in dicta. alle. i.

Item no. si pendente appellatione ab interlocutoria fiat aliquis actus per iudicem seu ad aliam interlocutoriam procedatur pendente facta si postea deseratur vel renuncietur appellationi non valent talia acta vel pronunciationes eadem ratione: et poterunt per viam nullitatis retractari. Nam talia gesta post appellationem legitimam sunt nulla ipso iure licet sint aliqua in opinione donec fuerit cognitum appellationem fore legitimam ut c. Non solum de appe. li. vi. vel donec fuerit actum de exceptionis nullitate. Ex hiis infert anto. de butrio quod si iudex appellatione interposita ab interlocutoria ex causa legitima processit usque ad sententiam exclusiue et ante sententiam sit deserta appellatio. quod si aliqui actus precesserunt substantiales ad sententiam non tenebit sententia. Lapus in dicta alle. i.

Item no. quod gesta post appellationem legitimaz non validantur desertione nec renunciatione appellationis. no. Jo. an. de testi. in c. Ex parte adde et no. in c. Cum venissent de eo qui mittitur in possessionem et in c. Audita de electi. et in c. Sepe de appella. et in c. Ut sup eo. ti. li. vi. Supposito ergo quod suspensa sit potestas iudicis a quo: et quod in potestate deficiat sequitur quod eius executor debeat admittere exceptionem concludentem defectum potestatis in committente. Nam quis non potest committere alteri quod non habet ad hoc quod notat hosti. in c. Pastoralis de offi. dele. et ca. ex hiis eo. ti. et ibi Innocen. dicens quod executor non exequitur quando constat mandatum in dubium ex litteris reuocatum sic et hoc quando constat legitime appellatum. ut late per Lapum sua allegatione ii.

Item no. quod si iudex appellanti congruo loco et tempore sepius et instanter apostolos petenti nil respondit: sed postea infra iura terminos ipsum appellantem citauit ad apostolos recipiendos videtur quod dicte appellationi iudex detulisse videtur. ita quod inuictis partibus non possit in causa procedere nec grauamen quod intulit reuocarez nec apostolos mere refutatorios exhibere et hoc sic ostenditur. Nam non est dubium quod si detulisset neutrum predictorum inuictis partibus posset facere iudex. ut c. Cum appellationibus de appe. li. vi. Sed in casu premisso detulisse probatur ergo predicta non potest. Probo minorem. Denegare apostolos et requisitos non dare equiparantur in iure. ut in cle. Quamuis de appe. in si. sed denegare apostolos est deferre. ut c. Ab eo eo. ti. li. vi. ergo si in casu nostro iudex denegauit solum secundum interpretationem iuris apparet eum detulisse. et sic predicta facere non potuisse. Quod autem in casu predicto denegauerit ostenditur euidenter. nam si iudex requisitus respondeat se daturum nullo certo termino statuto denegasse intelligitur ut in dicta cle. Quamuis. Fortius denegasse intelligitur si nil respondit. quia plus est respondere se daturum licet sine certo termino: quam nil respondere. Et hoc sic concludit lapus sua alle. cxiiii. quod no. Excusari Imputetur autem parti vel eius procuratori cum non prosequitur appellationem iusto impedimento ut no. Bar. ff. Quod quisque iuris l. i. q. i. et ii. Judex etiam tenetur necessario appellationi deferre alias punitur. ut no. in l. iiii. § pe. ff. De dam. infec. Ubi etiam parte non petente apostolos debet iudex appellationi deferre cum per hoc non solum partis priuate utilitas versatur sed etiam superioris reuerentia ut ibi notat Bar. et in l. Judices. ff. De extra ordi. cogni.

Nota circa hanc materiam quod licet iudex deferat appellationi: nichilominus potest precipere parti ne attemptet id propter quod appellauit. quod sius

gularitēr no. Facit tex. iuncta glo. in. c. Ex litte
ris de matrimonio contracto cōtra inter. eccle
sie Et hoc idem tenet Jo. an. in. c. Cum appel
lantibus de appe. li. vj. Et ex hoc dicit dn̄s an
to in allegato. c. Ex litteris. Judicē a quo pos
se attemptare omnia tendentia in facilionē ex
pediendum cause appellationis: nō tamen cognoscē
do de viribus appellationis pro hoc. c. Qua
fronte de appe. vt no. abbas de cecilia in alle
gato c. Ex literis.

f ¶ Appellari potest libere a dn̄is locorum per vasallos suos ad regē vel ad suos p̄
tores. Et domini locorum tenētur appel
lationi deferre: & appellantes non impedi
re quos rex sub sua suscipit protectione. Ordi. hen. j. burgis. l. ij. Alias est ordina
tio eiusdem hen. j. Cauri. peti. vj. & Bur
gis. l. ij. era mill. cccc. xv. anno. Rex tamē
Jo. j. in curijs guadalfajare. l. x. dictam. l.
emendando & in melius reformando sta
tuit q̄ per vasallos dominorum locorum
a pretoribus ordinarijs coram dominis
vel suis pretoribus maioribus appellatur
a quorum sententijs grauati possunt libe
re. hi ad regem suosq̄ pretores vel audi
tores appellare qui appellationibus vt p̄
mittitur deferre tenentur: ne appellanti
bus propter hec impedimenta vel aliqua
damna in personis seu bonis inferant: cū
sub regis protectione vt dictum est appel
lantes recipiuntur. Si vero domini loco
rum per se vel per alios appellātes ne su
as lis prosequantur impediant eos occi
dendo percutiendo capiendo seu in exilium
deputando: vel sua bona propter hoc ca
piendo vltra alias penas a iure statutas
occidens vel mutilans suā perdat iurisdi
ctionē quā i alijs locis habet: percutiēs ve
ro sine mutilatione capiens seu exilio tra
dens vel bona capiens. x. mille soluat mo
ro. Quorū tertia pars regis camere: alia
accusatori: residua vero ville muris appli
centur: necnō & ablata appellātibus resti
tuātur. vt rex Jo. j. vbi supra. Cōfirma
tur ista lex guadalfajare per regē Jo. ij.
en vallid. anno mill. cccc. xlij. peti. xxxij.
¶ A dn̄is locorū. hoc tamē non habet locum
cū appellatur in locis ecclesie temporali iuris
dictioni subiectis: quia ad episcū vel papā est
appellādū vt. c. Romana §. Debet de appe.
li. vj. Et no. in. c. Si duobus de appe & in ca.
Quod clericus de foro cōpe. Idē in locis sub
iectis monasterio vel ordini religiosorū: quia
sede apostolica est approbatus cū eandem li
bertatē habeant monasteria & res eorum sicut
ecclesie. vt. c. Quam sit. & ca. Cognouit. ro.
xviij. q. ij. & c. Qui semel xx. q. iij. Loca enī q̄
nate fuerunt profana cū trāslata sunt in eccle
siā vel monasteriā statim sortiuntur naturam re
rum ecclesiasticarū: & nō possunt duplici iure
censeri. vt c. Dilectus. iij. de preben. & ca. Co
gnouimus. xij. q. ij. & ca. Cū in tua de deci. Et
temporalia ecclesiastica sunt a potestate & iuris
dictione regis separata vt c. Nouerint. x. q. i.
& c. Secundū canonicā. §. hinc datur. xxiij. q.
viij. Et circa hoc no. Quod ecclesia p̄ omnia
vendicat sibi iura principū in terris subiectis
ecclesie quo ad temporalem iurisdictionē. Un
de camera pape seu alterius prelati tenet locū
fisci. vt. c. Uergentis de hereticis facit clemen.
i eo ti & Jo an. in. c. Quia diuersitatē de con
cessi preben. Abbas in alle c. Uergētis. Et p
oppinione supradicta facit glo. notabilis in.
c. ij. De delictis puerorū supradictā concludit
net Jo. calde in suis consilijs. ti. De consti. cō
silio. xviij.

g ¶ Appellatio causarū criminaliū iudeo
rū a pretoribus vel ab alijs inferioribus
iudicibus pertinet ad regis curiam. Uide
infra. Judeus. cc.

h ¶ Appellans vel supplicās a sentētia in
curia regis lata qualiter se tenetur presen
tare & appellationem prosequi. Uide in
fra. Supplicantis. c.

i ¶ Appellatio seu supplicatio facta ab
auditoribus denegatur in casibus q̄ po
nūtur ifra auditoribus. & c. auditores. c. f.

k ¶ Appellari nō licet ab auditoribus. vi
de infra. Auditores. f.

l ¶ Appellationi nō deferēs in casu i quo
de iure deferendū est triginta tenetur mar
cas auri regi soluere. nisi lis super pecu
nijs redditū regis pēdeat. Circa qd̄ no.
secundū isidorum q̄ libra habet. vij. vnti
as. & quelibet vntia est valoris triginta &
duorū tornensiū argenti. Ordi. hen. j. de
penis. l. xxij.

¶ Appreciari debent bona debitorum regis si emptor non reperiatur. Vide infra. Collectores.c.

¶ Aque salinarum pertinent ad regem, vide infra. Munere.a.

¶ Aque. Statia enim no. quod illi per quorum predia aqua publica transit a sordibus muneribus sunt immunes. sed aque ductus foramina purgare tenentur et si fuerint negligentes eorum predia publicantur. Item inter dexteram et sinistram locorum per quos talis aqua transit debet esse latitudo .xv. pedum. Et si in dicta latitudine arbores pullulauerint sunt scindende. vt est casus in l.i. C. De aque ductu. li. xi. ¶ Item qui aquam ad suum fundum irrigandum ex aque ductu publico mutilauerit fundum perdit. l. ii eo. ti.
¶ Item aduertens aquam de publico aque ductu debet ipsum ducere per paruum foramen ne matrices fistule corrumpantur: contra faciens perdit aque ductum et punitur in corpore vt. l. Eos qui. C. eo. ti. De aque ductu. ¶ Item no. quod si officialis timet ne in aliqua domo aqua publica furetur vel aliquod maleficium committatur licite et impugne potest ingredi et inquirere ne fiant ibi maleficia. l. Omnis se uitus. et ibi Bar. C. eo ti. ¶ Item ad reparationem aque ductus pecunia ex vectigalibus inducta potest expendi. l. Ad reparationem eo ti. C. De aque ductu. ¶ Item no. quod aqua publica non potest fieri priuata. vt in ti. Si contro. fue. de inuesti. c. i. §. Si quis demanso. ¶ Item no. quod aque distributio fit quandoque arbitrio boni viri vt. no. de pace costan. §. Nos romanos per Baldum. Sed est notandum quod aque ductum non solum inspicimus in sui principio: sed etiam inspicimus loca vnde fluit et alueos et meatus vnde transit. et vetustissimum aque cursum. Et secundum istorum qualitatem de vsu aque iudicare debemus vt no. Bal. in allegato. §. Si quis demanso. ¶ Item no. quod aqua tam priuata quam publica et molendinorum antiqua commoditas non debet tolli nec alterari: quia in talibus multum est standum antiquitati no. Bal. in alle. §. Nos romanos.

a ¶ Arrendator collector vel fidelis tributorum vel iurium regis deputetur homo probus et diligens. Ordi. regis. Al. in vallad. Peti. xxvij.

b ¶ Arrendari debent decime a prelatis ecclesiarum. vide infra. Decime.b.

c ¶ Arrendari debent tributa vel vectigalia Regis pro minori precio christianis quam iudeis. Ordi. Hen. i. Burgis. Peti. xi.

d ¶ Arrendari non debent officia pretorum nec algazilorum. vide infra. Officia.e.

e ¶ Arrendari non debent officia pretorum de saccis. vide infra. Pretor.

Arrendator. vide concor. pegrine arrendatio.

f ¶ Arrendare vel conducere non possunt rectores locorum rentas consiliorum. Vide infra. Officialis.c.

g ¶ Rura seu loca alicui ciuitati vel ville subiecta tenentur rationem seu computum arrendatoribus dare de alcaualis seu vectigalibus loci: et si hoc fecerint non citantur ad ciuitates vel villas. Ordina. regis. Jo. i. Burgis. peti. x.

h ¶ Arrendator qui statim non soluit pecunias libramenti seu ponimenti cum sibi ostenditur: soluit expensas duplicatas. vide infra. Collector.d.

i ¶ Arrendator non exigat lucrum seu cohecho. vide infra. Collectores.e.

k ¶ Arrendatores citare non possunt ciuitatis vel ville vicinos nisi semel in septimana. vide infra. Citari.i.

l ¶ Arrendatores redditus regis ecclesiasticis personis non arrendent. vide infra. Clerici.f.

m ¶ Arrendator recuperatori regis tenetur notificare quomodo fuit sibi pecunia regis ablata. vide infra. Regis pecunia.r. Cum sequentibus.

n ¶ Arrendatores redditum pretorum seu iurium regis non soluentes collectoribus vel recuperatoribus regis pecunias quas debent ad terminum destinate solutionis et vsque ad. v. dies post terminum soluant regi: pro quacunque die quam transierit quinque moro. pro mille et in bonis arrendatorum fiat pro dicta pena executio. Ordi. regis. Jo. pri. Briuiesca. l. xi. vide infra. Consilium.c.

¶ Nulla ratio seu exceptio ab arrendatoribus redditum regis admittitur contra debitum libramenti seu ponimenti computatorum seu recuperatorum regis: nisi solum exceptio solutionis vel quitationis debiti seu abla

tio vel toma ab aliquo facta potenti quã statim vel infra .x. dies tenetur ostendere. Si vero causa cõputatorũ vel recuperatorũ regis arrendatorũ bona ex hausta & vendita fuerint cũ ipsi arrẽdatores nihil reperiatur debere cõputatores seu recuperatores damna q̃ hac occasione euenerint soluant arrẽdatoribus duplicata. Ordi. regis. Jo.j. Guadalfajare.l.iiij.

o ¶ Arrendatorum bona que reperiuntur in sua potestate dũ tamen nõ probentur aliena vendũtur pro debitis regis. vide infra. Bona.e.

p ¶ Arrendatorũ bona si nõ vendantur p iudicem tempore debito: ipse iudex punitur. vide infra. Judex.r.

¶ Arrendare nõ possunt pretores: rectores seu algazeli: nec alij pro eis ꝓpria bona locorũ. Item talia bona publica arrẽdari nõ valent: nisi prius assignetur dies in qua p preconiũ venditio debeat finiri. & p .ix. dies publice preconizetur. Ordi. regis. Jo.ij. in madrid.l.x. & Ordi. Jo.j. soric. Petri.ij. De hac materia vide infra. Collectores.&.c. Recuperatores.& infra. Officiales.c.

¶ Arrendare. No. q̃ predia publica locantur edictis ꝓpositis vt plus offerentibus detur. vt l. Loca. C. De locatione prediorũ ciuiliũ li. xj. possunt etiã locari imperpetuũ dũ tamen idoneis & publice locetur cũ idonea fideiussione alias tenet locãtes. vt l.j. eo. ti. Itẽ i locatibus rei publice ſtẽ cõtractũ dat plus offerenti post cõtractũ auditur minime vt. l.ij. eo. ti. Itẽ no. q̃ palatini nec milites nec curiales nõ hñt facultatẽ cõducendi res priuatas pricipis. vt. l. vnica. C. Quibus ad conductionẽ prediorũ fiscaliũ nõ licet. li. xj. cũ concor. glo. ¶ Itẽ no. q̃ res imperpetuũ locata potest vendi & aliena ri a conductore. nã res sic locata videtur data in emphiteosim. vt l. fi. & ibi glo. C. De locatione prediorũ ciuiliũ li. xj. ¶ Item no. q̃ p erbibus in solo publico constitutum debet pensio imponi. vt. l.j. C. de diuersis predijs ¶ Itẽ no. q̃ si susceptores sunt in mora recipiendi pecunia publica securus est debitor. vt. l.j. C. de susceptoribus prepositis & archarijs. li. x. Itẽ noiatores susceptorũ & aliorũ officialiũ si mi nus idonei sunt officiales ipsi noiatores tenentur. vt. l.ij. & l. Exactores eo. ti. Quod no. contra consilia locoꝝ qui nominãt fideles seu collectores minus idoneos. ¶ Item nota q̃ susceptores tenentur singulis annis computum dare vt. l. Neminem. eo. ti.

a ¶ Arma & equi militũ & generosorũ non pignorentur nec capiantur. Vide infra. Milites.

¶ Arma & equi debent p regis vasallos teneri in toto regno secũdum quãtitatẽ bonorũ vniuscuiusq;. vide extense p Ordi. regis. Jo.j. in vallas. p totum. Et pragma. sancti. eiusdem regis segobie per totũ. vide infra. Equus.a.

b ¶ Arma in ciuitatibus villis seu locis vbi sunt castra seu fortalicia nemo tradere vbi sunt vetita ꝓsumat: etiã si sit amicus accessus custodibus castrorum: nisi tales sint proprij custodũ familiares & cõtinue cõmensales. & tunc demũ arma tradãt cũ exierint p villã cũ dictis custodibus & nõ alias. nõ obstante quocũq; rescripto seu ꝓcepto a rege obtento siue optinendo. ordina. regis. Hen. iij. toleti. anno mill. ccc lxxxj. peti. xxix.

¶ Arma. Et circa hanc materiã incidẽter no. q̃ nõ licet episcopo habere officiales armatos ꝓ execution e iustitie: nisi haberet tẽporalẽ iurisdictionẽ i loco qd probat. nã expressũ videt qd ad executionẽ iustitie faciẽdã debet implorari officiũ: alias auxiliũ brachij secularis vt. c. Administratores. & c. pricipes. xxij. q. j. Itẽ sicut pro spũalibus debẽt principes recurrere ad ecclesia. Ita pro tẽporalibus debẽt prelati recurrere ad principes. vt. c. Cũ ad verũ. & c. Si imperator. xcvj. di. Nec promiscuis actibus sunt rerũ officia pturbanda vt l. Consultanombus. C. de sta. Item ecclesie fuit interdicta executio gladij tẽporalis dicente dño petro. Conuerte gladiũ tuũ & cetera. De hoc per doctores in. c. Nouit de iudicijs. Item q: arma clericorũ sunt lachrime & orationes c. Conuenior. xxiij. q. viij. Sic cõcludet abbas de ecclesia in. c. Significasti in fi. De offi dele. Castra. Quid cũ prebendat appellatione armorũ no. C. Queres expon. nã po li. si. et circa hãc materiã no. Quod officiales cõmunes possũt & debẽt arma portare ff. De offi presec. vigi. l. iij. vbi no. Bal. Quod idẽ de officialibus episcopi cũ habeant merũ imperiũ in sua diocc.

Item no. q arma portare phibitū est de iure C. Ut armo. vsus. l. Unica li. xij ꝛ in auct. De manda. prin. § si ꝛ §. Miles. colla iij. Et sic no. q ille qui portat arma vetita debet perdere arma. Nā ille qui portat arma presumit habere malū animū nisi portet ea ligata. licitum est tamē arma portare vt quis se defendat a latronibus. Et no. q ad palaciū regis nemo debet arma portare. Ista colligunt ex textu cum ibi no. p Bal. in rubrica De pace tenenda. c. j. §. Si quis rusticus in. li. Feudoꝝ. Adde opusculū Bar. de armis. infra in fi. libri. Uide peregrina Arma. vbi vide concor. partitarum.

An pena statuta per iudicē secularē cōtra portantes arma habeat locū contra clericos ꝛ videtur q nō: qr clerici subiecti nō sunt iudici seculari. vt in auct. Statuimus C. De episcopis ꝛ clericis. Nec leges ligant nō subiectos ff. de iuri. omni. iudi. l. fi. Contrariū credo. Nā clerico nun parcit si facit contra auctoritatē publicam. vt. l. Auditō. C. De episco. audi. Sed ex portatione armoꝝ ledit lex publica. vt. ff. De vi. pu. l. j. Nam facilius quis vigore armoꝝ facit malū cū sit audatior. vt. C. De his qui ad eccle. confu. l. ij. ergo ꝛ cetera. Item imperatori dedit clericis priuilegiū vt nō compareant corā seculari. vt auct. Statuimus. Quod priuilegiū sibi nō debet preiudicare. ar. C. De donis. quib. li. l fi. in fi. Item qr propter priuilegium nō debet res publica vacilare. C. De p̄uile. schola. l. ij. in fi. Cum igit fierēt crimina flagiciosa si eis pmitteret portare arma ergo ꝛ cetera pro quo videt rex Nam clericus tenetur de pace violata adminus vt p iudicē secularē pena pecuniaria puniri possit pro ecclesiastica pena vt li. feudo ti. De cle. viola. po. in prin. Sed dubiū nō est deferentē arma violare pacē in auct. De armis. § pe. ff ō re mili. l. Qui cōmeatū circa fi ꝛ. C. Ut vsus armoꝝ. p totū ff. de vi. publi. l. i. Nisi i casibus ibi exceptis. ꝛ in. l. Qui dolo. §. Excipit ergo ꝛ cetera. Itē quero an habenti iurisdictionē licet arma portare ad sui cōmodū vel defensionem sue iurisdictionis. ꝛ dic q sic Nā alias nō posset secure suā iurisdictionē exercere propter timorē resistentie. ar. l. i. in fi. ff. de officio eius. cui man. est iu. ꝛ l. ij. ff. de iuri. omni iudi ꝛ. l. Nemo. §. Sciendū. ff. de offi. pfec. vigi. ꝛ. C. de ppo. saco. cubi. l. fi. Sed quero an ille q̄ habet iurisdictionē in loco in quo portant arma possit ea portantibus auferre. Et videtur q non: cū ad ipsū principē ptineat cognitio armoꝝ. vt. C. Ut vsus armoꝝ p totum. Et in feudis q̄ sunt regalia. sed dico contra vt in feudo de cle. vio. pa. §. Si q̄s rusticus. Nā cū licear habenti iurisdictionē cognoscere ō homicidio q est plus. Multomagis de eo qd est minus C. de age. vili. nō rum. l. i. Sed in auct. de armis dicit q p̄sens punit portantes arma nomine principis ergo idē hodie eū confiscationē habeant q̄ habent iurisdictionē. Nam sicut punitiu armoꝝ ptinebat ad regē ꝛ salinarū et pedagioꝝ vides tamē hodie q plures habent pedagia ꝛ salinas pter pricipē. facit q iudices habētes territoria pnt deputare aliquē q̄ habeat auferre arma portātibus. ꝛ in quocūq3 loco vt in auct. de armis. §. hac igit. ꝟ deputātibus. Itē quero nūquid preses vel varo potest dare licētiā arma portandi. Et videt q sic ppter inimicos portātis ar ff de vi. ar. l. iij. §. Cū igit de vi. publi l. pe. Immo ꝛ inimico cōcedit. C. de mili. anno. l. Cū sepe. Nā securitatē dare ad principē ptinet. vt in auct. de man. prin. §. Patrocinia. C. de his q̄ ad eccle cōfu. l. de vincianeus. Sed tu dic contra qr dispensare contra legē ad solū principē vel ad senatum q̄ plenam habet potestatē ptinet. C. de legi. l. fi. de flumi. l. Quominus. de aqua plu. arcen. l. Quod principi. Cū igit lex phibeat arma portare vt supra dictū est. Sequit q non potest alius q̄ princeps concedere arma portari. Maxime quādo ex portatione armoꝝ timetur bellū vel rixa. vt. l. Post. ff. de caupo. ꝛ in auct. Ut iudi. sine quo su. §. Interdicimus. Et auc. de māda. prin. § Eos Et in auct. Ut nulli. iudi. in prin nec obstat si dicat q preses vel varo potest phibere arma portare Quia facilius permittit phibitio q permissio. ff. Quod vi aut clam l. iij. §. plane. de aqua plu. ar l. Si cui in prin. § fi. ꝛ l. Quod princi. Sed iuxta hoc est sciendū: q quedā sunt arma nō introducta immediate ad vsum armoꝝ: licet aliquē habeant effectū ad vsum armoꝝ. vt sunt lapides ꝛ fustes. Et ita loquit insti de inter. § Quē aūt de verbo. signi l. Armoꝝ Et talia arma q̄libet potest portare vt ff Ad. l. Aquili his verbis Et vt melius attendamus naturā q̄ effectū ad quē quis habet mentē Et ita pmittit q quis deferat paruū gladiū. Ut in au. de armis. § pe. Itē speciale q quis teneat deferre eo casu quando q̄s timet mortē ppter consuetudinē minātis ff. de extra or. cri. Seculares. § Quedā ergo in contrariū est ius cōe ff Ad munici. l. i. Istā partē tenet glo C. de subu. in rubrica. Unde frustra imperat q de iure cōi concedit. C. de thesau l. Unica Itē sunt alia oīa q̄ immediate sunt i vsu armoꝝ Et hic distinguit: qr quedā sunt defensiua vt scutū

quedã offensiõ vt lãcea. ensis τ similia. Et ois
ista sint ꝓhibita deferri. vt in aue. De armis.
§. pe. ff. de re. mili. l. Que cõmearũ circa fi. Et
est ratio: qꝛ interdũ arma defensionis sunt ar⸗
ma offensionis. ff. Ad l Acq̃ l. In sũma. §. sed
si defendere. τ li. fin. De cle. viola. pa. §. si mer
cator. Et ꝙ sint ꝓhibita facit. ff. de vi pu. l. j.
fallit vbi portant̃ causa nauigationis venati⸗
onis vel pegrinationis. ff. De vi. pub. l. j. τ l.
Que dolo §. exhibit̃. Et hoc credo verũ vbi
q̃s nõ potest habere copia iudicis vt. l. Gene
rali. C. De decre. causa. τ ff. De his q̃ in frau.
credi. l. Ait ptor. §. Si debitorẽ. Sꝫ vbi potest
q̃s habere copiã iudicis non est licitũ id ꝙ ex
ꝑsse concedit̃ q̃busdã. C. De ꝓposi. sacro. cu
bi. l. si. ergo in aliis denegat̃. Itẽ excipit̃ q̃n
do aliq̃s talia arma habet causa vendendi. ff. de
vi. pub. l. iij. De re mili. l. Miles. Et hoc credo
q̃ndo habet licentiã mercandi. vt in auct. De
armis. §. Ut ar. Itẽ excipit̃ cũ q̃s habet ar
ma ex causa hereditatis postq̃ꝫ predecessor ha
buit ex iusta causa. ff. De vi. pu. l. ij. τ de re. mi
li. l. Miles. τ de decurio l. decuriões. Et talia
arma defensionis vel offensionis nõ potest ꝑ
ses vel varo cõcedere: cũ ois armoꝝ vsus est ꝓ
hibitus. De vi pu l j. τ l. Que dolo. §. j. nec
ꝑses potest facere ꝙ his q̃ portat arma nõ in
cidat in l. Iuli de vi. ff. De furtis l. Nõ potest
Sed nũquid si sit certa pena ꝯ cõsuetudine sta
tuta cõtra portãtes arma: an vltra illã portãs
debet punire arma glo. ꝙ sic. In feudis de cleri.
sio. pa. §. Si q̃s iusticiarius ꝑ quo facit. ff. ꝯ
vi pu l. ij. Et videt̃ expressũ in auc. de armis.
§. j. Itẽ pone ꝙ est pena statuta cõtra portã⸗
tes arma. Aliq̃s repit̃ armatus i domo sua: nũ
quid incidat in pena statuti: dic ꝙ nõ. Nã ad
hoc ꝙ ipse teneat̃ requirit̃ ꝙ inueniat̃ extra
domũ cũ illis armis sicut fera bestia q̃ nõ dici
tur alicuius donec fuerit capta insti. De re. di
ui. §. fere. τ l. Naturale. §. j. ff. De acqui. re.
do. Pro hoc facit ꝙ fure. l. iij ff. De furtis. Et
hoc verũ nisi sit contra eũ ꝑsumptio. potissi⸗
me si deferat arma inuasionis ar. ff Ad l. cor
nelia. l. Lege cornelia in fi cũ l. sequẽti. ff. de in
iuriis l. Eius dẽ. §. j. τ l. Si quis aũt. §. Que
abortionis. ff. De penis. Sed quero quid si
q̃s repit̃ vna nocte pluribus vicibus arma
tus: nũquid pro q̃libet vice puniat̃ pena sta⸗
tuti videt̃ ꝙ sic. ar. l. Illud §. Si idẽ. ff. Ad l.
acqui. C. De seruis fu. l. Que quãdoqꝫ de re.
mili l. Contra ad fi. ff de fur l. j. τ l. Interdum
in prin. τ de iniuriis l. pretor edixit τ l. Sed si
plures τ. C. de consu l. Sancimus li. vj. Pro
hoc facit qꝛ prima pena nõ debet tolli ꝑ secũ⸗
dam. C. de digni l. iij. Et pro hoc facit ꝙ dicit̃
de muliere: q̃ secundo nubit q̃ habet relinque
re primã partẽ filiis primi matrimonii. C. de se
cundis nupti. l. Hac edictali in prin Itẽ facit ꝓ
hoc nã si quis cõmittit vno impetu incestum
τ adulteriũ ꝓ vtroqꝫ debet puniri vt l. Que
adulterio ff. de adulte τ l. Si adulteriũ cũ ince
stu in princi. Itẽ facit qꝛ pena vnius delicti
nõ debet esse remissio alterius. vt. ff. de priua.
l. ij. Concludit ergo ꝙ si pluries fuit reptus v
na nocte armatus ꝙ pro oibus debeat puniri
sicut dicimus in frangente arborẽ q̃ est inbtus
terram vna τ supra terrã sunt plures: tamẽ te⸗
net̃ in/ de pluriõ arboꝝ. ff. Arbo fu. cesa.
l. Si ergo arborũ. contra tamẽ videtur ꝙ pro
vna dũtaxat vice debeat puniri sicut dicimus
de eo qui noiauit filiũ legitimũ vnũ de natu⸗
ralibus vt sufficiat oibus vna noiatio. vt in
auct. Ut liceat ma τ aui. §. Ad hoc. Et q̃d dici⸗
tur de patre adoptante qui debet esse maior
adoptato per .xviij annos. Et si plures volu
erit adoptare sufficit sibi quantũ ad oẽs insti.
de adopti. §. Minorẽ cũ glo Tu tamen dic: ꝙ
si pluries fuit repertus vna nocte cũ armis to
tiens poterit puniri τ sic intelligitur l. Sanci⸗
mus supra alle. cũ distin tamẽ. Quia aut non
auferebant̃ sibi qualibet vice arma τ postea
repitur armatus: τ tunc ꝓ vna vice debet tan
tũ puniri. ar ff de furtis. l. Uulgaris in fi Ali⸗
as secus vt ibi. Sed quero an q̃s potest habe
re ensem in domo sua: τ videt̃ ꝙ nõ: qꝛ quan
do aliquibus est permissum ꝑ priuilegiũ iuris
cõis alias videtur prohibitũ. de no glo. C. de ꝓ
posi. sacro cubi. l si. li. xij. Itẽ quero nun⸗
q̃d liceat habere fustes τ lapides in domo sua
τ videt̃ ꝙ sic vt no glo. C. de fabri. in rubo.
Item quero an ille q̃ portat cornu secũ tenea⸗
tur pena statuta cõtra portantes arma. Et vic
ꝙ nõ: qꝛ hoc concessum est ad corporis tuitio
nẽ. τ talia arma possunt deferri impugne. ff de
vi. pu. l. pe. Nã statutũ debet intelligi de tali⸗
bus armis q̃ immediate sunt parata ad nocen
dũ. Sed quero an his q̃ portat lapidẽ in ma⸗
nu teneat̃ dicta pena. τ videt̃ ꝙ nõ per. l. Oẽ
delictũ. §. Qui a rome ff de re mili. pro quo fa
cit glo. C. de fabri. in rubo. Hoc tamen intelli
git quidã nisi cũ lapide fuerit damnũ datum.
qꝛ tunc tenet̃ de in. l. Armoꝝ ff de verbo. si⸗
gni. Et insti. de pu. iu §. Itẽ lex ff. de vi. τ vi.
ar. l. iij. ff. de eo. τ ar. le. l. Quãuis mittius cũ o
geret cũ eo q̃sã si essent alia arma. ff de crimi.
sacri. l. j. §. Que cũ conciane τ. §. Qui cũ mi
litone τ l. Si delictũ. Itẽ quero nũquid cõ
tra illũ q̃ defert tantũ vnũ gladium habeat lo

cum pena statuta cōtra portantes arma: vide tur q sic. qꝛ facit contra statutū ita si vnū gladiū portat sicut si plura arma portaret. ar. ff. de verbo. signi. l. In itinere. de verbo. obli. l. stipulationes § si. Et sicut dicimus ī arbore cessa. ff. Arbo. fur. cessa. l. furtū § .i. sic in aggregante homies ff. De vi. bono. rap. l. iij §. Si quis igit'. ꝛ § In hac sed si nō est certa pena statuta tunc credo q sit mitius agendū cum eo q si plura arma deferret sicut dicit' in surripiente malia ff. De abige. l. i §. Certū. ff. De penis. l. Aut facta. § Quātitas Sed quid si aliq̄s faciat garzoni secū eunti arma deferre an teneat' sicut ipse. ꝛ dico q nō. ff. De furtis. l. i. § Si quis preferendum.

c ¶ Arneses qui extra regnū portātur ad regnum castelle sint oēs vnius ꝛ eiusdem forme seu facture. s. platas planas atqꝫ fortes. ꝛ elmetes seu celadas fortes cū brazales ꝛ guardabraços ꝛ arneses crurium integros sicut consueuerunt in hoc regno tradi: vt de illis nulla possit fieri mutatio. Et si aliqui de alijs nouis formis talia arma seu arneses tradiderint illa perdāt: et camere regis applicātur. Ordi. regis hē. iiij. Tolen. anno mill. cccc. lxij. peti. xxj.

¶ Artem diuinatonia sortilegij augurium exercentes puniuntur. vt infra. Diuinatores. a.

a ¶ Asinum emissariū ad equas in archiepiscopatu Hispalensi: vel in episcopatibus Gadicen. Corduben. Jahē. Murcien. habens perdat illum. ꝛ insuper mille soluat moro. por regis camera. Ordi. Pen. De penis. l. si.

b ¶ Asinum emissariū vltra flumen de tajo nemo ad equas iactet nec illuz teneat. Ordi. regis. Hen. iiij. tolen. anno. Mill. cccc. lxij. peti. xxv.

¶ Assessores possūt regie curie pretores in causis q̄ coram eis ventilantur assumere: qui scd'm deum ꝛ veritatē consiliū prestent. ꝛ nō audeāt aliquid reuelare de his que secrete consulerint. Ordin. regis. Al. madrid. peti. iij.

¶ Assessores Assumere. s. si eis indigeant q ꝑ torū conscientie relinquit' de iure. ꝛ in tali casu de competenti salario per pretores moderādo debet eisdem assessoribus prouideri. vt ca. Statutū de rescriptis. li. vj. §. Assessorem. Qđ habet locū de iure in delegato nō in ordinario vt no Jo an an. c. Cū ab omni. de vita ꝛ ho. cleri. Et est ratio: qꝛ ordinarij debent esse periti ideo assessore nō indigent. vt c. i. De cōsti. ꝛ assil. Et no Dominicus in dicto §. Assessorem. De quo assessore vide q no. C. De offi. assesso. per totū ꝛ spec. ti. De asseſſo. § .i. ꝛ .ij. ꝛ ti. De consilij requisitis per totum.

¶ Assistentes deputati in ciuitatibus vel locis: necnon correctores seu inquisitores nō nisi per annū debent in locis officia exercere ꝛ cetera. Ordi. regis. Hen. iiij. Tolen. anno. lxij. peti. ij. Vide infra. Corrector. d.

¶ Assonata nō pmittatur fieri. Ordi. regis Alfon. Madrid. peti. lxiiij.

¶ Et ad hanc materiā no. q vbi est ista diuisio in ciuitate vel prouincia accidit eodem modo q in arbore si scinderet' per mediū vel presinderent' eius rami q cito desiccaret'. In tali enī morbo abscondūtur nerui ciuitatis. i. magni ciues. Unde ciuitati obueniūt spasm' ꝛ plerūqꝫ ad necessitatem tyrannis sicut experientia docet et imperiti ꝛ innobili vulgus nō diu sub sinet pressuras. Et dicebat quidā sapiens Januensis. q diuisio in ciuitate est vermis ingressus in caseo. vt refert Bal. C. De caducis. tollen. l. i. circa prin.

b ¶ Assonatas facientes si posita eis tregua per iudices vel ꝑ adelantados seu merinos vel regis mandato noluerint desistere nec ab assonata discedere: si domus habent fortes diruātur: ꝛ capti ducantur ad regē vt de eis ad libitū faciat. si vero domus fortes nō habeant exeant ꝑ quadrienniū a patria. Si aūt regis clementia veniā exilij consequātur ꝑ quadrienium nō possunt de alijs cōqueri nec aliqđ ab alijs petere. Lisqꝫ nemo cogitur respōdere. ipsi tamen alijs respondere tenētur. Ordi. regis. Al. de alcala. ti. xxxij. l. i. Et idem de ciuitatibus in auxiliū ad assonatā si ꝑ iudicē requisiti redire noluerit vt ibi.

¶ Delinquentes qui seruiunt in castris frontarie: an pretextu preuilegiorum que dicta castra habent possunt a iusticia excusari. Et ad que extenduntur talia preuilegia. vide infra. Preuilegium.

¶ Depredatio vel aliud maleficium si fiat debet per iudicem in cuius territorio fit inquisitio fieri. Factaqz parti detur: & causa summarie diffiniatur. Si vero maleficium per tales fiat contra quos executio non potest per iudicem fieri: inquisitio fiat: & regi mittatur: vt delinquentium solido seu mercede maleficium vel depredatio soluatur. Ordina.regis Hen.l.Burgis.l.iij. Et eiusdem regis Tauri l.decima.

¶ Depredans vel rapiens aliquid contra domini voluntatem: cum triplo restituat. vide infra. Miles.

¶ Depredans alium in itinere: vel depredando occidens seu percutiens puniatur. vt infra Occidens.

¶ Desertores militie qualiter puniantur. vide Forum nouum de Alcala titulo tricesimo primo.l.i. Ordenamos.

¶ Dies feriata si incidit in termino potest pars alia die satisfacere. vide infra. Terminus.

¶ Diffidatio antequam inter generosos fiat debet inter eos amicitia seruari. Uide supra. Amicitia.

¶ Diffidatio potest inter generosos fieri: videlicet pro percussione: & pro captione diffidantis: vel pro currendo cum eo. Item pro morte parentum seu auorum vel proauorum filiorum nepotum: seu pronepotum: fratrum consanguineorum in secundo gradu diffidantis: siue sint masculi: siue femine. vel pro percussione: seu captione virorum de supradictis. Cum ipsi viri iustum habent impedimentum: Quare diffidare non valent: & inimicitiam seq. Et p feminis in dictis gradibus vel p vxore diffidans: qz sunt p se q diffidare non possunt: nec inimicitia seq. Si

autē viri de quibus supra: eis ad hoc sunt potētes propter causas q̄ pmittūtur: vel propter aliquā earū diffidare noluerint: nec inimicitiā sequi: nullus ipsorum consanguineorum hoc pro valido facere potest. Si vero generosus alterius vxoris seu patris pedestrem hominem percusserit: occiderit seu ceperit iniuriatus eis potest diffidare. Si autē homo pedester cū milite seu generoso viuens seu stans aliquid horum faciat eius dominus eis nō receptet: sed a se expellat. Quod si non fecerit & receptans generosus fuerit potest ab iniuriato diffidari. Dominus autem tenetur pedestrem malefactorē regis merino integrare si eum apprehendere valet. Quod si non fecerit eo ad hoc vt premittitur requisito iuste potest ab iniuriato diffidari. Regis itaq3 merinus pedestrem capiat: & eum secundum forum sine aliqua dilatione puniat.

Item si generosus de vno loco in aliū trāsierit: vbi alter generosus vxor seu mater habitauerit: seu steterit: & ceperit: seu per vim aliquid abstulerit nisi regis fuerit merinus vel officialis qui iusticie habeat exercicium seu potestatē pōt propter hoc iuste diffidari.

Itē generosus carnaliter alterius generosi consanguineam quam in domo habebat cognoscens seu eam extraxerit: vel capiat potest diffidari. non autē ob alias causas potest diffidatio fieri.

Item eum generosus diffidat seu per aliū diffidationem mittit tenetur diffidato causam notificare quare eum diffidat. A die vero diffidationis vsq3 ad .ix. dies completos non potest diffidans diffidatum occidere: nec ei aliam iniuriam irrogare.

Diffidatio. Qui sūt a iure diffidati: vide qd scripsi foro legum li. iiij. titu. fi. l. i. Et circa hanc materiam est notandum quia in sacris armorum nunq3 quis debet peruenire ad bellum: nisi precedat monitio & diffidatio: vt no. Jo an. in nouella. c. i. De homi li. vj. Et Bal. in. l. Si manu missori. C. de obsequijs patrono prestan.

Si autem propter alias causas q̄3 de supra numeratis quisq3 per se vel per aliū diffidauerit seu per aliū modū vt premittitur diffidatio sit nulla. Diffidās vero duorum annorum extra patriā exilium patiatur. bona tamen istius sub regis protectione remaneant. Huiusmodi autem exilij rex veniam non concedat Quod si precibus seu sua fecerit clementia in hoc biduo quo extra regnū debuerat stare: non potest de alio conqueri: nec agere: nec aliquis ei respondere artatur. Ipse tamen tenetur aliorum questionibus querelis: seu actionibus respondere

Si autem. Regis protectione. Que quidem bona adquisitione illius ad quē pertinent debent in inuentario scribi ne perdantur. Iuxta formam. l. Si quis intra prouinciā. C. de bo. presc. Et in. l. i. & ij. C. de requi. re.

Item nota q3 quando talia bona per annotationem deferuntur ad principē: ipse potest libere ea donare. Quia cum hoc non mutat quia stare prohibetur. vt. l. Sancimus. C. de testa.

Item si generosus aliquos propter causas predictas nominauerit seu miserit ad diffidandum aliū non possunt isti mediatores seu nuncij per seipsos inimicitiam sequi: nec diffidato damnum mortem percussionem: seu iniuriam aliquam inferre: nisi cum diffidāte eundo. hec omnia in foro nouo regis Alfon. de Alcala titu. xxix. l. portrar. vide infra. Reptare.

Diffinitiua sententia fertur contra cōtumacem tribus edictis citatum.

Dilationem petens ad producendos testes vltra marinos: vel quia sunt extra regnum non debet maiorem dilationem q̄3 sex mensium habere ad producendos testes & dicta eorum. nisi iudex recessius tēpus viderit moderādū. Ordi. regia Alfon. Fori noui de Alcala. titu. x. l. secundo.

¶ Dilationem. Sex mensium. Deinde tamen dabantur .ix. menses: vt in .l. i. C. de dila. e. ij. parti. ti. xv. l. xxxiij. Ubi est simile q illud tempus ex causa per iudicem moderatur: vt hic. Est tamen notanda cautela quam ponit tex. et glo. in .c. Statutum §. Proferendo cum se. De rescriptis li. vj. q si iudex de malicia petentis dilationem presumit debet ab eo petere vt deponat salarium pro expen. testis in veniendo redeundo et stando. Quod si facere nolet tamen iudex non deferat ¶ Item potest aliter iudex prouidere vt compellat maliciose talem dilationem petentem q se ad penam extraordinariam obliget si non probauerit quod intendit: vt notat Spec. ti. de excepti. §. Nunc videndum restat in fi. Et in §. sequen. ij. Et no. q si contra excipientem: et in ti. de instru. edicti §. Uidendum restat qualiter instrumenta. ij. Uerum tamen. Uide supra Auditores. n. Et infra. Exceptio. b. Et infra. probatio. b.

¶ Que dilatio datur ad probandum declinatoriam iurisdictionis. Uide supra. Declinans. b.

¶ Dilationem petens ad probandum contradictiones per testes vltra maximos quod tempus habebit: et quid prius probabit. vide infra. Probare.

¶ Dilatio detur actori vel reo ad querendum aduocatum. Uide supra. Aduocatus.

¶ Dirumpens castrum vel fortalicium punitur: vt supra. Castrum. c.

¶ Dispensator regis. regine: seu alterius domini assumens seu emens ad reuendendum in curia aues venationem: piscea menstructus: vel alias res similes sub colore q ea vult pro cibo regis: vel alterius domini. Si persona fuerit grauis: pro prima vice mercedem. rationem seu quitationem si quam habet a rege perdat. Pro secunda medietatem bonorum perdat. Pro tertia vero perpetuo expellatur a curia. Ordina. Jo. ij. vallis. anno millesimo quadringentesimo. xliij. Peti. vicesima.

¶ Distrahi non debent arma vel equi militis vel generosi. Uide infra. Miles.

¶ Diuinatores. sortilegij. seu agoreri. vel astrologi puniri debent: vt i legibus continetur partitarum. Iudex tamen vbi hoc contingerit ex suo officio inquirat Et si postq ei est nunciatum vel sciuerit inquisitionem pretermiserit officium perdat. Prelati autem debent clericos beatos vel religiosos talia exercentes punire. Ordina. regia Jo. i. de Briuiesca. l. sexta.

¶ Diuinatores. partitarum. Que leges sunt vij parti. ti. xxj. per totum Ars tamen liberalis astrologie de iure illo non vetatur: cum procedit secundum cursum naturalem planetarum Auguria tamen sortes et fictiones necro et ars nigromantie reprehenduntur: vt e. ti. l. ij. Tantum bonis incantationibus licet vti de iure partitarum: vt ad expellenda demonia et coniugum ligamina dissoluenda: aut nubem deuitandam vt aliter ti. l. ij. et iij. et l. Domum. C. de male. et mathe. Sed de iure canonico etiam talia sunt prohibita: vt e. i. De sortilegijs. Et hoc est a nime cuius ne his superstitionibus credam⁹ Nam quandoq sub specie boni ad antiquos idolatrie cultus redimus: quod est prohibitum vt. xxvj. q. ij. §. his itaq Et non est vita sed mors inquisitio vel curatio que a diuinis vel magis expetitur. vt. c. Qui sine. c. causa. et. q. ¶ Item nec etiam christiani elementa colere: nec lune et stellarum cursus in suis operibus seruare debent: vt c. Non licet. xxvj. q. v. Tales namq incantatores seu sortilegij vt inimici dei insequendi sunt. vt. c. causa et. q. c. Peruenit: et per totum.

¶ Item nota q infidelitas est credere q in nocte tempore mulieres possunt per multa terrarum spacia super quasdam bestias posse transire per magicam artem Et q mulieres q vulgariter xorguine dicuntur possunt per minima foramina domus intrare et creaturas suffocare. hec enim fantasma a malignis spiritib⁹ et non corporibus interrogentur. Nullus namq potest creaturas formare: nec transformare nisi solus deus. hec omnia in. c. Episcopus xxvj. q. v.

¶ Item nota q infideles sunt matres que pueris suis capita dolentibus: vel alia infirmitate laborantibus preter pater noster et Credo in deum querunt ligaturas: sacrilegas: et incantationes. octuagesimaoctaua distinctione.

Quoniam sit circa medium. Nam incantationes infirmitatibus hominũ nihil remedij prestant. xxvi q. ultima. Admoneant.

¶ Diuinationibus credens est quodam modo hereticus: et punitur ut infra. Hereticus.

¶ Doctores possunt aurum: et auri ornamenta portare, vide infra. Miles.

¶ Doctor. Item nota q̃ doctoris appellatione continetur licentiatus: ubi tractatur de ordio. Bal. ff. Solu. matri. l. ij. §. Quod si filius nõ est doctor. Sed alibi dicit Bal. q̃ licentiatus non habet priuilegia doctoralia donec susceperit birretum. Licet habuerit alia insignia doctoris. notat Bal. ff. De excu. tu. l. Athlete in prin.

¶ Domicilia mutãtes de locis regie corone ad loca dominij: vel ad abbatias soluere: et pechare tenentur pro bonis que in locis regis ubi primitus habitabant dimiserint. Ordi. regis. Jo. burgis. ãno xx. peti. xxxiij.

¶ Domicilia mutantes ad loca dominij de locis regie corone non obstãtibus pactis penis et iuramentis quibuscunq; possũt libere ad loca regia remeare. Ordina. regis Jo. ij. zamor. petio. xvj. alias peti. xlv.

¶ Domicilio. Mutantes. Impium enim est relinquere propriam patriam no. glo. ex tex. l. i. C. Si curialis relicta ciuitate. li. x. Et etiam vilem terram propriam non potest quis deserere. ad quod. C. De munici. et origina. li. x.

¶ Domicilia mutantes a locis dominij ad alia loca dominij petent et contribuant pro bonis que dimiserunt in locis a quibus transeunt: dum tamen rationabiliter sint bonis tributa ĩposita. Et hoc tam in tributis regis q̃ concilij: vel mixtis. Ordi. regis Jo. ij. madrio. peti. viij. alias. peti. xvij.

¶ Domicilia. Mutantes. ¶ Nota q̃ quilibet propria voluntate potest domicilium mutare et de vna ciuitate ad aliam transire: nisi iam publicis muneribus fuerit destinatus. ff. Ad municip. l. Incola. et. C. de incolis l. i. li. x.

¶ Item concor. cũ hac. l. quod notat Oldra. in suis consilijs consilio. clxx.

¶ Item nota q̃ omnes pro his agris quos possident solitas pẽsiones agnoscant. C. Sine cẽsu vel reli. l. fi. ¶ Item nota q̃ munus quod ad possessionem tantum imponitur omnes possessores subire oportet. Et si nec ciues nec incole sint: ut. l. Rescripto. ff. de mune. et hono. et l. ultima. §. Patrimoniorum notat Azo ĩ summa. C. De mune pa. li. x. Concor. cum hac l. ij. et ibi glo. C. de mune pa. li. x. q̃ inquit q̃ etiam alienigena qui possident aliquid in loco: patrimoniale munus gratia publice utilitatis indicitur. Concor. l. Cum neq3. C. de incolis iuncta glo. ibi que vult: q̃ licet ad personalia munera quis non vocetur pro his possessionibus quas in loco possidet patrimonialia tamen subire tenetur: ut alle. l. fi. C. Sine cen. vel reli. Facit ad hoc q̃ lz regulariter collectã nõ põt ipõi nisi subditis ut no. glo. et doc. ĩ alle. l. Rescripto. §. fi. Lñ notãdũ est q̃ quemadmodum potest ciuitas statutũ facere: q̃ omnes qui colunt vel serunt in suo districtu soluant ex eo quod ibi colunt ibi serunt ibi metunt quasi contrahere videntur. Nam statutum bene potest de nouo inducere quasi contractus de iure communi incognitos. ff. de iudi. l. Omnem: et quia gaudent possessionibus conueniens est ut soluant onera. ut no. in. l. ij. C. de mune. et in quo loco li. x. Et notat hoc Bal. in l. Unica. C. de senten. q̃ pro eo. quod in. pro.

¶ Item generalis cõsuetudo seruat q̃ ubi quis possidet ibi collectam patiatur non precise: sed causatiue quia si non soluit non incarceratur: sed aufertur sibi res: vel rei fructus: ut ff. de le. i. l. Quod iulianus. §. Sed heres. et ff. de usu fruc. l. Pendentes. §. Si quis. et l. Ediles. et ar. ff. de publica. l. Commissa et in auct. de collato. §. Si vero aliquando. colla. ix. Innocen. in. c. Postulasti. de foro compe. Bal. ti. Que sunt regalia. Ad munera ergo regalia ratione possessionum tenentur possessores etiam non domiciliarij: et que sunt illa habes exemplum in. l. ij. et fi. §. i. ff. de mu. et ho. Concludit Calde. ti. de censi consilio. vj in fi.

¶ Item nota q̃ ad collectam que imponitur rebus ex ordinatione generali: vel ex lege municipali seu consuetudine tenentur omnes possessores. notat Bal. notabiliter in alle. l. fina. C. Sine cen. vel reli. et Specul. ti. De clericis coniuga. Maxime quia isti habent regulares prestationem no. p̃ ben. in c. Non minus de immuni. eccle. ¶ Est q̃stio. An ciuis unius loci q̃ habet predia in alio loco ratione bonorũ

que ibi habet tenetur ad munera personalia mixta seu realia. Et decidittur per doctores q ad munera personalia non tenetur. Quod probat ex diffinitione muneris personalis: cum e standum: vt l i. § . Dolum. ff. De dolo. et l. Omnis diffinitio. ff de re iuris. Que diffinitio convertitur cum suo diffinito. Et aliquo posito q cesset et non convertatur: destructa est diffinitio no. in. l. i. ff. de testa. Diffinitur autem munus personale quod est: q corpore cu labore et cum solicitudine animi ac diligetia principaliter consistit: vt tex. in l i. § Illud: et l. fina. § i. ff. de mune. et hono. Sed qui non e incola illius loci. Ad ista non tenetur per l Libertus. § . Sola in princi. ff. Ad munici. Nam personalia munera competunt principaliter ratione domicilij: vel ratione originis: vt dicto. § Sola. et l. Cum neqz C. de incolis. li. x. Facit ad hoc quia sicut personalis obligatio non sequitur fundum: vt. l. i. § Si habes. ff. Ad trebelli. Et insti de acti in prin. Sic personale munus non sequitur possessorem fundi. Et hoc est quod dicit tex. in dicto. § . Sola. s. q sola ratio possessionis non est idonea cuibet muneribus personalibus iniungendis. etc.

Idem de muneribus mixtis que imponuntur persone pro rebus: vt. l. fina § . Mixta. ff. De mune. et ho. Nam cessante cõsuetudine vel preuilegio a talibus muneribus excusantur possessores bonorum qui ciues non sunt: vt noratur i. l. Rescripto. § fina. de mune. et ho. Nam ad hoc vt munus mixtum imponatur oportet q persona cui imponitur sit subdita: vt ibi patet. ergo istis nõ subditis imponi nõ potest. Cum persona non est immediata causa huius oneris mixti imponendi. Et si dicat q res ipse sunt causa immediata huius oneris. Hoc est falsum: quia tale munus mixtum pro capitibus imponitur: vt l. Filij. § . fi. ff. Ad munici. Unde patet q ratione rei principaliter non imponitur collecta. Sed imponitur persone vt allegata. l. Cum neqz. C. de incolis. li. x. glo. magna circa fi. et l. Uerum eo. ti. Quod probatur alia ratione. Preuilegium concessum ciuitati vt quis compellat ad munera subeunda non extenditur ad eos nec eos obligat: qui solum habent possessionem i loco vbi preuilegium est concessum: vt. l. preuilegium. C. de incolis. li. x. et allegato. § . Sola. Imo quod plus e origo materia. vel sola possessio. vel sola habitatio non facit quem talia munere subire: vt ibi. Et sic patet q ad mixta sicut nec ad personalia isti non tenentur. Ad munera vero realia ratione possessionum que ibi site sunt tenentur. Munera autez realia sunt ordinaria per legem: consuetudinem: vel statutum vt si possessiones sunt asscripte dare pro solido et libra ad collectam quando patrimonialia munera possessionibus inducuntur: vt allegata. l. Rescripto et l Muneris in fi. ff. de mune. et hono. Sed si descriptio seu estimatio que fit pro solido et libra nõ sit perpetua nec certa: sed variatur. Et variatur pro varietate imminentium negociorum. Non videtur munus reale nec certum ad hoc vt forensis teneatur: vt notat Gaspar de calde. titu. de accusa. Consilio. ij. et ti. de censi Consilio ij. Statutu enim potest facere vt omnes qui colunt vel serunt in alio districtu soluant collectam Nam eo ipso q ibi colunt et metunt quasi contrahunt. notat Bal C. vt sen. que pro eo q interest. l i. alias collecta regulariter non potest imponi: nisi subditis. vt alle. l. Rescripto. § . fi. Et hoc tenet fran. de campo. vt refert Jo. calde. in titu. de censi. Consilio. vj.

Domicilia mutantes de locis dominij ad loca regia libere transeunt. Nec propter hoc bona sua capiantur. Dum tamen tales soluant iura forera pro hereditatibus que habent. Ordinati. regis Alfon. valhõ. peti. xxix.

Item tales transeuntes libere et sine aliquo impedimento bona que dimittunt in locis dominij procurent: soluendo debita sua. Ea. ordina. peti. xl. Et ordi. regis Joan. ij. Segobie. peti. xij.

Domicilia habentes intra muros ciuitatis ville vel loci non possunt exire ad habitandum in arraualibus.

Item si terra vel solum datur alicui intra dictos muros nouiter populanti: non debet in arrauali habitare. Ordina. regis Jo. ij. Madrid. Anno millesimo quadringentesimo. xxxiij. petitio. xxiij.

Domini locorum in suis locis rentas seu redditus ecclesiarum nõ capiant: nec impediant: ne in illis fraudem faciant: nec statuta vt minus valeant. Ordinati. Regis henri. secudi Tauri prelatorũ.

pen.ij. vide infra. Statuta.

¶ Domini. Unde est notandum: q dominus qui abutitur dominio indignum se facit dominio vt l.ij. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. no. Bal in li. Feu. Rubrica. Qualiter dñs proprietate priuetur. c. l. ¶ Item nota: q dominui terrarum nõ possunt expellere mercatores forenses de suis territorijs: nec eis bona auferre: nisi ex causa ex qua possent forte bannin. Sed venturis ad territorium bene potest interdici ingressus anteq veniant. notat Bal in li. Feu titu De noua. fidelit forma. l.i. ¶ Item nota incidenter q dominus loci non potest cõponere in preiudicium subditorum: nisi subditi consentiant no. Innocen. i c. Audite. de prescripti. Hosti. 7 Abb. in c. dilecti. de ma. 7 obe. no. Bal. li. Feudorum ti. Quo tẽpore. mi in vesti pec. de. c. Si quis: 7 in ti. Si de feu. contro. fuerit. c. In generali. ¶ Item nota q dominus non agit iniuriarum pro subditis nec pro reb' ablatis subditis vel colonis: quia domini non interest nec est eorum procurator: nisi iniuria sit facta subditis in iniuriam domini no. Innocen. in c. dilectis ii. de appellati. 7 ibi Anto. 7 est conclusio rote conclusione. ccccxi. ¶ Item nota q dominum tam seculares q ecclesiastici. si componunt de damnis inuicem factis non intelligunt componere de iuribus singularum personarum: de quibus non licite componere possunt in eorum preiudicium: in quibus est ius quesitum notat Bal in l. Cenia. C. de in ius vocan. ¶ Item nota q dominus terre non potest alteri domino terram suaz subijcere cõtra voluntatem subditorum. no. Hosti. 7 Jo. an. in. c. dilecti. De ma. 7 obe. 7 Innocen. in. c. Auditis. de prescriptio.

¶ Domini temporales clericos nõ cõpellant tributa vel alias soluere iposition es: nec huiusmodi pretextu pignorent: nec alias clericos torqueant. Ea. ordina. peti. quarta.

¶ Domini locorum non liberentur per computatores minores donec omnis q habent in villis seu locis suis sint libera ta. vide infra. Morobetini.

¶ Dñi locorũ possũt a suis vasallis seruicia exigere. Non tamen possunt se intromittere in locis ciuitatum vel locorum regia tanq commẽdarij. Quia solus rex est commendarius eorũ. Ordi. regis hẽburgie. peti. xvij. Confirmatur per regẽ hen. quartũ Madrid. anno. m. cccc. lviij Qui addit qd etiã si rex rescripta seu literas in contrarium concedit nõ valeant: 7 illas reuocat seu annullat. vt ibi. peti. duodecima.

¶ Domini locorum in dominijs suis vectigalia per petum vel deramã non exigant. Sed illa emptores 7 vẽditores soluant: pro vt in quaterno continetur. Ordi. regis Jo. j. Sorie. peti. xiij.

¶ Domini locorum vasallis suis violẽtias iniurias seu iniusticias iferre nõ debent. Nec eos contra ius icarcerare possunt. Nec ab eis exigere quod non debẽt. Nec viduas seu alias feminas sui dominij matrimonio violenter vel sine earum voluntate copulare debent. Ordi. regis Jo. j. vallis. peti. vij. Et eiusdem regis segobie. peti. xv.

¶ Dominus solariegus quid debz a vasallis exigere: 7 an potest solares accipere. vide forũ nouũ de Alcala. ti. xxxiij. l. ij

¶ Domini locorum tenẽtur leges regni seruare. vide infra. Leges.

¶ Domini locorum in suis locis prelatorum excommunicationes literas 7 mãdata obseruare faciant. vide ifra. Laici

¶ Domini temporales ecclesias iura et bona ecclesiarum reuerenter obseruent. vide ifra. Ecclesia.

¶ Domini locorum tenentur appellationi interposite ad regem per vasallos suos deferre. vide supra. Appellatio. f.

¶ Domini locorum in fortalicijs suis receptantes deliquentes puniantur: vt infra. Receptans.

¶ Domini locorum damna non inferant alterius domini vasallis 7 cetera. vide infra. Inimicitie.

¶ Domini locorum ferias francas seu liberas: 7 foros non faciant. vide infra Ferias.

¶ Dominicis diebus nemini licet operari vel laborare. Nec domus ad emēdum vel vendendum apertas tenere. Judei autem vel mauri in publicum non operentur: nec in loco vbi videri vel audiri possent. Contra autem faciens. xxx. soluat mor. Quorum. x. accusatori. x. vero ecclesie. Residua autem regis camere applicentur. Concilium autem seu officialis licentiam alicui non tribuat die dominicali operandi. sub. dc. mor. pena. Ordi. regis Jo. j. Bruiesca. l. vij.

¶ Dominicis. Est tamen notandum quod in diebus festiuis ob reuerentiam dei licet studere: de quo late et notabiliter per abbatem in. c. f. De ferijs. ¶ Item est notandum quod licet in diebus solemnibus ob reuerentiam dei non licet fieri executio in causa criminali per. c. placata xv. q. iiij. et l. fi. C. de feri. Sed si delinquēs est publicus latro seu nocturnus populator agrorum potest executio fieri etiam in die dominico. no. Bar in l. Omnes. C. de feri et abb. in. c. fi. de fe. ibi vide alios casus per eum.

¶ Domus habentes intra muros ciuitatis non exeant ad habitandum in arrabalibus vel cōtinuis domibus extra muros. Ordi. regis jo. ij. in Madrid. peti. nona.

¶ Domus fortes seu alia fortalicia sine iussu principis nō fiāt. Vide infra. Fortalicia.

¶ Domum alterius perforans: seu alias locum aperiens non consuetum domus ad delinquendum est aleuosus. Medietatemque perdit bonorum pro regis camera. Et corpus eius ad mercedem sit regia. Ordi. hen. ij. de penis. l. xxvij.

¶ Domum alterius incendens punitur: Ut infra. Incendens.

¶ Domum alterius cum armis oppugnans punitur: vt infra. Pugnans.

¶ Donatio loci et iustitie fonsarij vel fōsaderie appellatiōis seu minere specialiter a rege facta perpetua valet firmitate. Nisi fiat extraneo regni vel regno: seu psone regis concedētis nō naturali. Tūc enim non valet talis donatio per regem vel per alium facta. Et si quis de regno eam predictis fecerit perdit qd sic alienauit arbitrarie per regem puniendus. Sēper tamen remanet regi precipuum: vt locorum domini pacem et guerram pro eo faciant. Et quod in eorum defectu ipse rex iusticiam subministret: et quod eius moneta ibi currat: et alia per subditum non fiat.

¶ Item et alia regi remanēt que a domini regali sunt inseperabili. Et si concedātur non valet concessio. Si tamen rex sibi appellationes vel alia retinuit fiet vt conuenit. Si autem non cōtinetur quod dat ei iusticiam. Si tamen dicitur in concessione quod in eius defectu retinebat sibi iusticie factionem, aut dicitur quod in illo loco nō intraret iudex merinus: nec sagio: nec alius officialis. Et in concessionibus hactenus factis iusticiam habebit donatarius si ea vsus fuit. si autem dicitur qd aliquo sibi non retento: vel qd dat cum toto dominio regali habebit donatarius iusticiam, si ea. xl. annis sine interruptione vsus est. si tamen det cum omnibus suis iuribus que habet in loco illo intelligitur qd dat ei iura pecularia et possessiones cum ciuili iurisdictione. Ordi. fori noui regis Alfon. de Alcala ti. xxvij. l. iij. pertenesce

¶ Donare seu mercedes facere nō debz rex sine sui consilij maturitate. Ordi. peti. regis jo. de Briuiesca. peti. xxvij. Cōfirmauit ista. l. per regem jo. ij. vallid. anno. m. cccc. xlij. Uide infra. Rex.

¶ Donare. Non potest clericus res suas concubine seu filijs suis. Uide quod no. supra Cōcubina. a. Et infra Filius. a.

¶ Item nota quod donatio nō est nisi donatario dominium sic translatum: vt. l. In oībus. §. fi. ff. de donati.

¶ Item dominium rei donate non transfertur Nisi quis sciat rem promissam habere: vel nisi detur alicui qui suo nomine recipiat: vt. l. Assistenti co. ti.

¶ Itē si sūt plures donan̄des et vltima excedit modum: sola vltima reuocatur et nō prima. vt

ff. Qui et a quibus l. Si quis. ¶ Item pactum liberati nō est donatio. vt no. glo. in l. Obligatione. ff. De pigno. et l. i ff. Qui mo. pig. vel hypo. sol. no. Bar. in alle. l. In om̄ib⁹. Mercedes facere. Nisi ex causa. Nam propter magnitudinē seruicij inducitur perpetuitas beneficij vt in li. Feu. ti. De his qui feu. dare po. §. Decente cōsonat. ff. De dona. l. Acquilius regulus. et l. Si pater ¶ Item est vnū notādum circa hanc materiā q̄d licet in donationib⁹ factis a priuatis post illas pfectas nō possit apponi aliqua conditio vel grauamē. vt l. Si repetendi. C. De condi. ob causam. et l. sicut de act. et obli. et l. perfecta. C. de dona. q̄ sub modo tamē secus est in principe: qui post perfectam donationem potest apponere donatario conditionē vel grauamē. vt l. Qui fundos. C. De omni agro deser. et ibi Io. de pla. in fi.

¶ Donare potest rex officialibus suis p̄ iuuamine nuptiarum. vide infra. Rex.

¶ Item rex Hen. iiij. in cortis quas fecit in sancta Maria de nieua. anno dñi mill. cccc. lxxiij. Reuocauit omnes donationes seu mercedes quas ipse fecerat a. xv. die septembris anno mill. cccc. lxiiij. pentorum et monetarū et officiorū audientie et pretorū secretariorū et tabellionū de camera et monete forere et aliorū officiorū, necnō generosorū et excusatorū iurium regalium et consiliorū: vbi per vacationē vel renunciationē fuissent concessa a personis q̄ ante illa habebant: vel si fuerunt consumpta in alijs officijs antiquioribus vel antiquiori officio in eis: et reuocauit priuilegia sup hoc concessa. Et confirmauit aliā ordinationē quā sup hoc fecit in Occaña. quam vide infra. Generosus.

¶ Donatio facta p regē de bonis proprijs locorū et redditibus eorū nō valet. Ordi. regis Jo. ij. in Vallad. peti. v. et ordin. eiusdē regis madrid. peti. xiij. alias. xx.

¶ Donatio facta. Nō valet. Et est ratio: quia donatio est dilapidatio l. Cū de indebito ff. de probati. Fallit quando q̄s mouetur iusta ratione vt. l. Si filius ff. De dona. Potest tñ princeps et ciuitas donare locū publicū ecclesie vt consecret. ff. De rerū diui. facta. Item no q̄ etiā si donans iusta ratione moueatur: reputa exprimendo q̄d causa remunerationis seruicij

omnium donat illā causam: debet donatarius p̄bare esse verā. vt notabiliter notat Guillelm⁹ ff. De excep. l. si. Merita aūt ex quibus licet remunerare. Collige ex l. Iusta. et l. Si colletane us ex l. Etiam. §. i. ff. De manu vindi.

¶ Donatio facta per regē alicui de iuro et heredat vel ad vitam. debet infra annū in libris maiorū computatorū poni et collocari et ostendi. alias ipso iure perditur: nec post annum potent collocari. Prag. sancti. regis Jo. ij. madrid.

¶ Donare nō debet rex ciuitates nec bona sue regie corone. Ordi. regis Al. madrid. peti. xxix. vide infra. Rex.

¶ Dona aliqua iudex regis seu quiuis alius a litigantibus nō recipiat. vide infra Iudex.

Ecclesie et iura bonaq̄z earum reuerenter per dños tēporales et alios laycos obseruētur. ne priuilegia libertasq̄z ecclesiastica rumpantur. Ordi. regis Hen. ij. Prelatorū tauri petitio. ix.

¶ Ecclesie no q̄ ecclesia grece dicitur conuocatio latine: quia ad se oēs conuocat secundum Arch. in. c. Ecclesia de conse. di. i. Et dicit' catholica xxj. di. Quāuis. i. q. i. Extra catholicā. Synagoga vere grece idē est q̄ congregatio. et est iudeorū. Unde secundū Hugucium. Conuocari propue est viuentiū ratione. Pecora tamen congregantur: et sic in synagoga grex irrationabiliū pecorū congregatur. In ecclesia vero populus fideliū ad vnā fidem ad dei iudicia ad xpi conuiuium conuocatur: de hac eni dicit apostolus ad ro. viij. ca. Quos vocauit hos et iustificauit. ¶ Item no q̄ vnica est ecclesia hic militans supra triūphans. Inducitur ideo August dicen. q̄ prima est in tempore peregrinationis. ij in eternitate mansionis. Prima in labore ij in requie. Prima in via. Secunda i patria. Prima cū hoste pugnat. ij sine hoste triūphat. Facit illud Job. vij capi. Milicia est vita hominis super terrā. no. plenius Jo. mo. et Jo. an. in. c. fundamenta. De electio. li. vj.

Est tamen notandū circa obseruationē libertatis ecclesie q̄d ecclesia q̄ habet turrim fortem potest per dñm capi et fulciri ne sit in periculū ciuitatis vt notat Cy. in l. ij. C. De summa tri. ¶ Item no. q̄ pro amplianda ecclesia vi

cinus cogitur vendere domũ suã. vt no. Guil. in l. Decernimus. C. De sacro san. ecclesijs.

¶ Ecclesia incastellari nõ debet ne inde fiãt ꝓ pugnacula rer. iũcta glo. in c. Sanctorũ. x. q. i. Nisi forte contra paganos ⁊ hereticos. vt ꝑ Lauren. ⁊ Hostien. in summa ti. De immu. eccle. § in quãtum ⁊ item ecclesia.

¶ Ecclesiarũ vestimenta. ornamenta. cruces. calices argent. ⁊ thesauri nõ pignorẽtur. nec vendantur. alias emens seu ad pignus recipiens sine precio restituat ecclesie. Negans aũt cũ duplo ecclesie ⁊ cũ septuplo regi restituere tenetur. Foro nouo. ti. pe. l. ij.

¶ Ecclesiarũ monasteriorũ seu capitulorum prouentus ⁊ reddit⁹ nõ impediantur nec fraudentur a dñis locorum. Vide supra. Domini. a.

¶ Ecclesie nõ dentur in hospicium alicui nec bestie in ea mittãtur. vide infra. Hospicionarius.

¶ Ecclesiarũ immunitas ⁊ libertas per laycos seruetur. vide supra. Clerici. h.

¶ Ecclesiarũ immunitas. Est notandum circa hoc ꝙ si statuto cauet. ꝙ si ꝗs accesserit violẽter ad ecclesiã puniat in mille. Doro. si ꝗs armata manu venit vsq3 ad mediũ cimenterij vel vltra: tamẽ nõ intrauit ad fines ecclesie ꝙ nõ punitur: quia licet delictũ inchoauit nõ tamen consumauit per l. ij. §. Docere ff. Ne ꝗs eum qui in ius vo. vt ibi quod ibi commentat Bal.

¶ Ecclesiarum decimas seu bona nemo propria auctoritate sine iusto titulo vsurpet alias punitur. vt infra. Layci.

¶ Bona. Potest en̄ rex si necessitas imminet. vel si propter morã periculũ incurreret etiã papa irrequisito res ecclesie recipere. Debet tamen postea damnũ resarcire vt Cy. in. l. Nemine3. C. De sacro san. ecclesijs. Sine iusto titulo. vt est expressum in. c. Dudum. De decimis. cum concor. glo.

¶ Ecclesie res vel argentũ minime a rege capiatur nisi propter necessitatẽ vrgentẽ guerre. et vt postea ecclesie restituatur ablatum. Ordi. regis Jo. ij. Burgis. Peti. viij. ⁊. ix. anno. xxix.

¶ Ecclesiasticã iurisdictionẽ seu prelatorum visitationem impediens punitur, vt infra. Visitationem.

¶ Elymosinarũ questores an possunt exigere testamenta defunctorũ vel compellere populũ ad sermones suos audiendum. vide infra rescriptum. e. f.

¶ Eligi qualiter debeant officiales curie ciuitatum vel locorũ per vacationem aliorum. vide infra. Officia.

¶ Eligi Officiales. nota ꝙ sine consilio publico nõ debet electio officialiũ q2 debet fieri solenniter ⁊ debet seruari locus ⁊ ordo alias non tenet electio. l. Nominationes. ⁊ ibi Bal. C. de appe. ⁊ Jo. de pla. i. l. Obseruare. C. de decurio.

¶ Eligere tenentur rectores ciuitatũ ⁊ locorum cum iusticia officiales fideles ⁊ cetera. vide infra. Priuilegium. d.

¶ Eligi qualiter debet iusticia in terra de arguello. vide infra. Judices.

¶ Electio episcoporũ seu archiepiscoporũ vel aliorũ prelatorũ nõ est facienda ꝑ capitulũ donec primo notificetur mors ꝑlati regi: quia hoc habẽt reges hyspanie de consuetudine: ⁊ electus vel cõfirmatus seu consecratus prelatus nõ administret donec reuerentiã personaliter regi faciat. Ordi. regis Al. in alcala. l. ij.

¶ Electio Mors prelati regi. Cũ hac l. cõcor. tex. c. Lectis. lxiij. di. vbi electũ ad dignitatẽ ecclesiasticã nõ debet papa confirmare nisi precedente epistola regia ⁊ eius consensu vt posita consuetudo dicat vbi glo. Lau. dicat. Qꝺ reges sunt patroni in episcopalibus ecclesijs iuncto c. Agatho. ⁊ c. Adrianus c. di. Ubi data est potestas a iure regibus consenciendi electionibus prelatorũ ⁊ inuestiendi electos. concor. c. Salonitane. ⁊. c. Cũ lõge. §. principib⁹ lxiij. di. Nam licet princeps nõ debeat interesse electioni ad eligẽdũ: debet tamẽ interesse ad consentiẽdũ. vt §. His oĩbus. ⁊ §. Econtra. lxiij. di. Et nõ solum est petenda licentia a principe sed est obtinenda. vt c. Reatina ⁊ ibi glo. lxiij. di. Facit c. Decernim⁹ xvj. q. vij. ibi Qꝺ si preces per q̃ iura notabiliter dicat Inno. i. c. Quod sicut. De electi. Qꝺ potest ex consuetudine induci vt canonici nõ procedant prius ad electionẽ ꝙ denuncient principi mortẽ prelati: ⁊ petant ipsius assensum in electione futuri prelati: alias cassabitur electio attentata cõtra consuetudinẽ vt in iuribus supra alle. hoc cõmẽdat Abb. de cecilia in. c. i. De electi. Et plus

dicit qd potest princeps obicere contra electū qd sibi est suspectus in regimine. q2 nō tenet admittere prelatū de quo nō possit confidere. Ne forte reuelaret aduersario regni secreta ipi⸗us regni. vt notat Inno in. c. Super his. de accusat. Qd est singulariter notandū. Et p hoc tenet dicit Abb satis eque poterit princeps nō admittere puisū p papā si potest pbabiliter ostēdere illū fore sibi suspectū. Accedit ad hoc l. parti. ti. v. Delas electiōes l. iiij. Que dicit q cōsuetudo antiqua inuiolabiliter obseruata est. p eo qd hyspanie reges a sarracenis terrā acquierūt & mesquitas ecclesias & alias vbi nūqz fuerunt fundauerūt multaqz alia bona ecclesijs concesserūt Sede vacante tenetur scribere capitulū regi qd placet ei sine impedimēto electionē pmittere celebrari habendo interim bona ecclesia recōmendata: & Regi hoc debet placere & cetera. Cū que concor. ista. l. Joē tenet Abb. in. c. Cū terra eo. ti. Et vide qd dixi i ordi. huius. l. Et q scripsi in tractatu electiōis Roderici manrique magistri sancti Jacobi

¶Emptio potest libere ante collectionez fructuum fieri nisi fiat in fraudē vsurarū vide infra. Venditio.

¶Emptor vltra dimidiā iusti precij decepus iuuatur. vt infra. Venditio.

¶Emens seu vendēs qd pondus vel mēsuram debeat obseruare. vide infra. Pondera.

¶Emptores bonorū corū qui sunt regis debitores qualiter coguntur per collectores tributorū & iurium regalium res emere & quomodo estimatur. vide supra. Collectores. c.

¶Emi & vendi possunt in regno libere equi & eque. vide infra. Equus.

¶Encartatio qualiter debeat obseruari. Ordi. four noui de alcala. ti. xxxiiij. l. i.

¶Entrega. vide infra. Executio p totū.

¶Episcopus palencie certū numerum facit tabellionum vel notariorum. vide infra. Notarij.

¶Episcopi abbates seu alie ecclesiastice psone ciuitates villas vel alia loca scandalizare nō audeāt: nec sint de bando seu parcialitate nec ligas faciāt: nec ad hoc fauorem opem: seu auxiliuz personaliter seu p suos vel alios prestent: qd si contrariū fecerint naturalitatem perdant regni & tanqz alieni a regno seu extranei de temporalitatibus regni nō gaudeant. Placuit regi dño pape supplicare: vt sanctitas sua sententiā excōmunicationis in contrariuz facientes proferat & iubeat vt sic fiat. Et qd ipso facto ecclesiasticā iurisdictionem quā p se vel per alios exercent perdant siue per secularibus personis: & pro suspensis & priuatis psonis habeātur: & qd sua mādata nō adimpleantur. Ordi. regis Hē. iiij. toleti. anno mill. cccc. lxij. peti. iiij.

¶Equos certi valoris pcepit rex Alfonsus in curijs peti. de alcala. Qd vnusquisqz in suo regno haberet scdm formā & sub certis penis in dicta ordi. per plures leges contentis. quas vide. & in ordi. regis Jo. i. in vallad per totū. Et in ordi. regis Hē. ij. Segobie. & regis Hen. ij. tordesillas per totum.

¶Equi: rocini: necnō eque: & putri libere possunt sine aliquo impedimēto emi et vendi in ferijs & in oibus totius regni locis intra. xx. leucas a limitibus finis regni computandas. Ordina. regis Henri. i. Burgis. delas sacas. l. iiij. & rex Joan. i. Guadalfa. l. iij.

¶Equum: rocinū: equā vel putruz: seu alias bestias equorū vel mulorū vendens dans pmutans vel legans in suo testamēto alicui extra regnū: si vendens vel alienans intra. xx. leucas a finibus regni cōputandas habitauerit rem alienatā & medietatē bonorū perdit & vltimo supplicio punitur. Recipiens aūt etiā si sit extraneus perdit qd receperit: & oia q portauerit & occiditur. Ea. ordi. regis Hen. Burgis l. v. et ordina. Guadalfa. l. vij.

¶Equus: rocinus: equa vel putrus libere vendi vel alienari possunt ab his q intra dictas. xx. leucas habitāt naturalibus regni si sunt abonati talis tamē venditio seu alienatio debet corā loci pretore & tabellione ad hoc per pretorem delas sacas

deputato fieri. Ea. ordi. Burgis. l. vj. Et ordi. Guadal. l. viij.
¶ Equos seu alias bestias vt premittitur in. xx. leucis tenens si fuerit extraneus a regno debet illas exscribere alias eas poit & quicquid habet. Ea. ordi. Burgis. l. vij Et ordi. Guadal. l. ix.
¶ Equi rocini eque & putri debent per habitantes in. xx. leucis corã loci pretore & tabellione ad hoc specialiter p pretorẽ de las sacas deputato scribi: debent itaq3 p dicte bestie scribi in villis vel locis qui iurisdictionẽ habent. & si habitauerint in ruribus in locis scribantur maioribus quorũ terminorum sunt rura: & scribantur signa & colores bestiarũ in libro ad hoc deputato. Tabellio aũt predictus quotienscunq3 requisitus fuerit debet id sub pena. lx. moro. scribere. pro labore vnum tantũ exigat moro. quicũq3 vero regni naturales introeũtes in regno equos: rocinos: equas: & putros in. xx. leucis tenẽtur in primo loco scribere qui locus sit super se. vbi sit pretor. & tabellio. Et corã testibus cũ coloribus & signis vt premittitur. Si vero nõ fecerint dictas perdunt bestias: scribentes autẽ tenentur pretori iam dicto rationem dare vt ipse sciat an tales bestie sunt extracte seu vendite extraneis hominibus: aut naturalibus nõ abonans sub pena omnium bonorũ perditionis. Ea. ordi. Burgis. peti. viij. & ordina. Guadalfa. l. xij.
¶ Intromittentes in regno dictas vt premittitur bestias si sũt extranei a regno debent in regni introitu in primo regni loco eas scribere cum coloribus & signis earũ coram loci iudice & tabellione: & permittãtur dicte bestie infra tres menses a regno extrahi. a die quo scripte fuerint computandos. Tabellio autẽ pro scribẽdi labore vnum exigat moro. pretor aũt delas sacas potest super hoc inquirere. Inquisitione tamen facta eam publicare tenetur: & copiam parti cui competit dare: vt se possit defendere. Eadem ordi. Burgis. l. ix. & Guadalfa. l. vj.
¶ Equos qui parafreni vocãtur possunt libere peregrini mittere & a regno extrahere. Ordi. guadal. l. x. vide infra. Peregrini.
¶ Equos seu alias bestias equorum seu mulorum freni vel cattelle intra. xx. leucas a finibus regni computandas intromittens tenetur eas in primo loco regni scribere. vt supra. e. f. Et tunc potest intra dictas. xx. leucas ambulare: tradendo tamẽ litteram vicinitatis consilij loci: vbi habitat sigillo consilij: & signo publici tabellionis roborata in qua continetur cum illius loci esse vicinum radicatum & abonatum. Si aũt mittens bestias intra. xx. leucas talis nõ fuerit vt premittitur fideiussoriam prestet cautionem pretori delas sacas de redeundo cum bestijs illis per locũ per quem intra dictas viginti leucas ingressus fuit. Cum itaq3 habens bestias intra dictas viginti leucas exire vult a regno ad expeditnda negocia sua. Et litteram ostendat vicinitatis fideiussoriam q3 dederit cautionem de triplo bestiarum valore: vt ipsas redire faciat ad regnum per illam & loca & portos vbi illas extraxit: tunc permittitur vt extrahat quod si dictam nõ seruauerit solennitatem pretor delas sacas vel custodes possũt libere tales capere bestias. Ordi. regis. Jo. i. guadalfa. l. v. vide supra. Custodes. e.
¶ Equos seu bestias vel alias res vetitas scribentes coram pretore & tabellione vt i supra positis legibus cõtinetur si tẽpore quo scribunt nomina sua mutant occiduntur. Idem de tabellione hoc consulente. Ordi. guadal. l. xiij.
¶ Equi & arma militum vel generosorũ nõ pignorentur. vide infra. Miles.
¶ Equos vel alias bestias a regno extrahens qualiter punitur. vide infra. Extrahens.
¶ Equi seu alie bestie de q̃bus supra nõ vẽdãtur nec aliencẽtur extraneis a regno.

vide infra. Vendere.
¶ Ad equas nemo asinũ emissariũ iacet vide supra. Asinum. De hac materia. vide infra. Extrahens per totum.
¶ Eucharistia dum transit p calem tenẽtur christiani vsq3 ad ecclesiã sociare: de pena autem contrafacientis vel iudei siue mauri nõ fugientis: vel genua nõ flectentis. vide infra. Christiani.
¶ Exactio vide infra. Impositio. ⁊ infra Tributa.
¶ Excõmunicatus nõ est qui portaticũ nõ soluit. vide infra Theolonarius.
¶ Exceptio peremptoria vel preiudicialis debet vsq3 ad. xx. dies a tempore litis contesta. connumerãdos per reum opponi: postea vero nõ nisi de nouo competat: vel si de nouo ad noticiã veniat opponen. Et iuret qd in dicto termino non fecit. Foro nouo regis Al. de alcala. titu. viij. l. i. vide infra. Probatio. a.
¶ Exceptio. Ad. xx. dies No ius nouum circa hanc dilationem. Nam olim erat terminus arbitrarius. iudex nõ poterat terminũ perẽptorium statuere ad omnes peremptorias excentiones proponendas sicut ⁊ dilatorias. vt in. c. Licet § 1. De probationibus. Et in. c. Cũ causã. De testi. ⁊ in c. Accepimus. De fide istru. De tempo. appe. l. ij in prin. et. ff De excu. tu. l. Quinquaginta. ⁊ ff. De iudi. l. Nonnũquã ⁊ iij patti. n. iij l. ix. Et no q isti dies sunt vltimi sicut. ix dies contestationis. vt supra contestatio a. Et no glo ⁊ docto. in l. Super vsuram. C. De tempori. in inte restitu. pe. Licet cõtesta. Et sic no. q peremptoria exceptio post litis cõtesta est opponenda. vt l. peremptorias. C. Sen. rescin. nõ posse. ⁊ l. Exceptionem. C. De probatio. ⁊ c. Audiuis de in inte. resti. iij. q. vj. §. Exceptio. de nouo competit. No ergo si ius opponẽdi creet de nouo post terminũ assignatũ nihilominus tribuit facultatem opponendi. Concor c. Pastoralis. De exceptio. ⁊ c. Presentiũ de testi. ⁊ c. Insinuãte. de offi. dele. Ad noticiã no q sicut exceptio noui orta potest opponi sic ⁊ exceptio q̃ nouiter venit ad noticiã. Et ita paria sunt quid noviter oriatur ⁊ originatũ: antiquus esse ⁊ noviter ad noticiã deuenire vt hic est casus ⁊ in alle. c. Pastoralis ⁊ in. c. Ut circa. de electi. li. vj. De hoc vide qd scripsi ifra. Recusatio. Qd hoc intelligit vsq3 ad conclusionẽ in causa. ex iuret. No q deficiente probatione defert iuramentũ: etiã iniictis partibus: ⁊ hoc est verum quando id quod est probandũ nõ potest aliter probari. Concor. c. Si vero. ij. De iu. Ex quo potest colligi qd in his q̃ dependent sola cõscientia admittit pbatio p iuramẽtũ vt dicto c. Si vero no. l. c. Ex insinuatiõe. de pcu. Talis nã pbatio iuramẽtalis cũ a iure cõi exorbitat: nõ debet admitti: nisi hoc a lege exprimitur vt no Anto. in alle. c. Pastoralis. ⁊ no. Spec ti. De exceptio §. Dicto. v. Sed pone datus ẽ terminus circa fi. Est tamen circa hoc notandũ q si quis nõ opponat exceptionẽ sibi competentẽ errore iuris nõ admittitur ad opponẽdũ post litẽ contestatã: etiã si scientia iuris postea superueniat. Et de hac iuris ignorancia loquitur glo. fi. in alle. c. Pastoralis. Que alias non posset stare cũ esset contraria textui. Si aũt superueniat sententia facti tũc etiã post terminũ potest opponi vt ibi doctores. De qua vide qd no Composte in. c. Quod sicut de electi.
¶ Exceptio noua in prima vel secũda instantia post publicationẽ testium nullatenus recipiatur per auditores donec opponens ad certam penam obligetur ⁊ caueat. vide supra. Auditores. n.
¶ Exceptio post publicationẽ. Dum tamẽ talis peremptoria exceptio post aperturam attestationũ emerserit. vt alle. c. Pastoralis. Tunc idem: vel alij testes admittunt quia ad diuersa inducunt. vt. c. Clemens ⁊. c. Cũ causam ⁊ c. Cũ in tua de testi. Super veteri vero nõ admittitur. vt. c. Fraternitatis eo ti. Idem si exceptio peremptoria sit talis q̃ nõ deserviat negociũ principale scdm Uincentiũ: vt refert Spec. ti. De excepti §. Dicto. v. Sed nũquid. Obliget. Et sic no. q iudex potest exigere captionẽ ab opponẽte si eum videt maliciose opponere vt certam penam soluat. Concor. qd notat Spec ti. De excepti. § Uidendum circa fi ⁊. §. Dicto. v. Et no. si contra. Et no glo. in. c. Statutum de rescriptis § 1 li. vj. An autem post sententiam ⁊ contra executionẽ potest exceptio peremptoria opponi ⁊ in q̃bus casibus vide Spec. ti. De excepti §. Dicto. v. post sententiã autem cũ sequẽtibus. ¶ Itẽ no circa. l Supra proximã: q si quis opponens exceptionem vt ibi iurat in fraudẽ legis vel cõsuetudinis nõ credit ei. vt l. Cũ quis decedẽs §. penultimo. ff. Dele. i. Nã psumit errare vt l Nolet ff. De proban. ⁊ ff. Ad l Acquil. l Indeneratus. §. fi. Et Jo. fa. aucten. Quod obtinet. C. De pro

bal. xx. dies. Quod intelligo verum quando exceptio nō competit ipso iure. et ideo terminus datus ad excipiendū nō precludit sibi viā quādo est ipso iure munitus vt no ff. De pactis. l. Si vnus § pactus et ibi glo. Vide in. l. Si creditoris. C. De fideico. circa prin.

¶ Exceptio peremptoria vel preiudicialis quā nō opponitur donec attestatiões sūt publicate nō probatur: nisi p contractū vel g partis confessioné. vide infra. Probare.

¶ Exceptio. Circa hoc no q nō minus debet inspici assertio actoris ad fundandā exceptionē rei quā assertio rei ad fundandaz replicationem actoris. Et istud est no. dignum. Quod magis nocet assertio actoris actori quam assertio rei reo. Et no q actor replicando non potest esse suo libello cōtrarius quod tene menti. Colligūtur ista per Bal in li. feu ti. De controuer. inter vassa. et exem. cō. circa prin. ¶ Itē no q virtus exceptionis est duplex. s. Eximere se seu abstrahere: et virtutes indiffinite seu obscuritatez sermonis et p̄sentis dispositi declarare. no. Bal. in li. feu ti. De capitaneo et cetera c i. ¶ Itē no. q vbi reus maliciose differt opponere dilatoriā que potest in qualibet parte litis opponi et q retro redit iudiciū nullū debet si postea opponit condēnari in expensis factis in litem secus si eius oppositio nō redit retro iudicium nullū: quia tunc euitaret condemnationē expensarū hoc notat glo. quā Dominicus cōmendat in. c. Ipso iure de rescriptis li. vi.

¶ Exceptiones q possunt contra contractum executoriū opponi. vide infra. Obligatio.

¶ Exceptio nullitatis contra sententiam a quo tempore potest opponi. vide infra. Sententia. ¶ Nulla exceptio admittatur contra ponimentum seu libramentum cōputatorum vel recuperatorum regis. nisi solum solutio: quitatio: vel ablatio. vide supra. Arrēdator. n. Et īfra. Iudex. et vide infra. Obligatio.

¶ Excōmunicatus a iure vel ab homine denunciatus et publicatus: si per. xxx. dies in excōmunicatione persisterit soluat Regi centū moro. et vsq3 ad annum semel hanc penā soluat. Et si in excōmunicationē per annum perdurauerit mille soluat moro. et corpus regis subiciatur merce di. Si vero vltra annū in excōmunicationē indurat⁹ existat quottidie sexagita soluat rēgi moro. Et hec q dicta sunt vendicant sibi locū in excōmunicato non appellante vel appellauit et appellatione nō fuit prosecutus. Ordi. regis Al. in madrid. peti. lx. et peti. vlti. et ordina. Al. Segobie de penis. l. viij.

¶ Pene aūt excōmunicati vt premittitur medietas regis camere: alia vero prelato diocesano applicatur. Ordi. prelatorū regia Hen. ij. Tauri. peti. xi.

¶ Confirmantur leges suprapositē per regem Io. i. Guadal. l. viij. Per quā vnius anni spaciū hodie reducitur ad. vj. menses. Hinc est q per sex menses in excōmunicatione perdurans mille soluat moro. bis monete: qui sunt sex mille. Pene aūt huiusmodi tertia pars regi. alia iustitie executenti residua prelato applicatur. Itē per per sex mensiū spaciū in excōmunicatione induratus expellatur a villa. Et sic durante excōmunicatione in loco intrau... medietatē suorum perdat bonorū. et regie camere applicatur. vt rex Io. vbi supra.

¶ Excōmunicatus. No. ab extra. Quod per verba precipio sub pena excōmunicationis fertur excōmunicatio in contrafacientē ipso facto si adulteriora nō fuit processum. Sed oportet q dicatur quā ex nunc profero si defeceris vel similia verba et est cōmunis sententia doctorum: pro q facit tex in. c. Sicut de simo. Vide tlam glo. in. c i. De sagittarijs. vt refert Abbas de cele. in c Ex litteris De morti contra ... tra inter ecclē Nō appellante. Et circa hoc est notandū q si quis appellauit a iudice ante excōmunicatione. et postea iudex appellanti excōmunicauit quod illa excōmunicatio nō cōlescit ex desertione appellationis. vt. c. Licet de sen. excō. li. vj Et talis appellans vt nō euitet petat declarari dictā sententia nullā tanq̄ post appellationē legitimam quod petere potest corā quocūq3 iudice competenti. vt no. Io. an. in allega c Licet. et Bal de calde. in suis cōsilijs. ti. De sen. excō. Consilio v.

¶ Excōmunicatorū pena nō soluatur ab his excōmunicatis qui p ecclesiā tollerantur. Ordi. regis Al. peti. de alcala. peti. xxvij.

¶ Excōmunicatorū sententie plātorū per larcos seruentur. Vide infra. Laya.

¶ Executio aliqua nulli cōmittatur balistario vel ianuario curie regis in ciuitatibus villis vel locis: nisi in defectū ordinarie iurisdictionis locorum. Ordi.peti. Regis Al.de alcala.peti.xxix.

¶ Intestatum. Statia cuius no. Quod nõ videtur quis decedere intestatus si liberos relinquat. quia lex representat parẽtes testatos decessisse cum liberos relinquunt. Eo quia lega lis pena cessat. Cũ lex representat factũ quod erat a iure faciendum. vt auctẽ. De heredi. et falci. §. His igitur. Colla. i. et ibi Jaco. de bello. Lex enim imitatur voluntatem defuncti et coniecturam capit. Nam quos testator diligit. Lex predilige. vt ea. auct. §. Si quis autem. Et ibi Jaco. Et est verisimile quod monens liberos non ecclesiaz. non captiuos. vel alios ex instinctu nature vellit heredes facere iuxta augustini consiliuz. xvij. q. ii. c. ii. §. i. Et est horum ratio: quia liberorum successio ex instinctu nature Et humano hominis ingenio debetur. i. di. Jus naturale. Et hoc ius ex tali natura proueniens Appellat' equitas naturalis. Hinc est q' hac ratione filij non potest sine legitima causa et vera a parentib' successione priuari. Quia esset contra ius naturale. ¶ Item et contra ius ciuile quod addit in hoc iuri naturali. vt in auctẽ. De trien. et semi. §. i. Jaco. vbi supra. Cum ergo naturalia iura sunt immutabilia: et ciuilia iura. nec priuilegia: naturalia iura tollere non possunt. Insti. De iure natu. §. Sed et naturali. et de legi. agna. succe. § fi. Sequitur quod nec per legem. nec per hominẽ illud potest immutari:

Eo quia talis successio educationis loco succedit et alimentorum iure debetur. vt de se patet. vt alle. c. Jus naturale. et Jaco. vbi supra. Priuilegium ergo in contrarium sit odiosum stantibus liberis restringendum est Cum libeti nō stant per. c. Odia. De re iuris. li vj. Natura namqz filios etatis. vel sexus distinctiōe nō habita ad successionē vocat. successoresqz eos facit parentū suorū. ff. Unde libe. l. Scripto herede. C. De libe. preteri. l. Maximum vicium. Sunt et enī ipsi filij equaliter pars parentum. Et ideo iure naturali pariter ipsi succedunt. vt phūs. viij. ethicorū. Nam etiā viuente patre ipsi filij bonorū paternorū quodāmodo domini existimantur. Et eo mortuo inter ipsos patrem et filios continuatio dominij bonorū patris et libera administratio magis q̄ hereditatis perceptio videtur. ff. De libe. et postu. l. In suis. et ff. De suis et legitimis heredi. l. In suis. Cui quidē iuri naturali ius positiuum romanum videtur cōsonum. vt auc. De heredi. et falci. § j. Est cōclusio Oldra. suo consilio xcviij. Et propter hec que vi eta sunt in suis heredibus non habet locū titulus pro herede. vt l. Nichil C. Pro herede. Et ideo cū continuatur dominium de patre in filium nouum dominiū mortuo patre heredi non venit cū illud ante habebat. Et noua hereditas nō dicitur ei obuenire Sed magis administratio libera Quam ante non habebat. Et hoc dominium filij viuo patre consistit in nudo et puro intellectu. Et magis in maginatione quadam q̄ in veritate. Et ideo in filium videtur continuari dominium. vt ita dicetur vt notat Bar. post g o in allegata. l. In suis. Et non solū dominiū continuatur in filium: Sed etiā possessio. Quia noua titulus possessionis nō dicat obuenire filio. vt alle l. Nichil C. Pro herede. Et scripsi Foro legum. li iij ti. vj. l. viij. Ex quib' infertur Quod cū mortuo patre liberos relinquente Lex dispo nit et representat filiū heredem. Et in eo nō solum dominiū bonorum parentum Sed etiam possessio continuatur. quod etiam si pater testamentum non condidit: non videtur decedere intestatus: Quia pro eo lex testat'. Et hoc potissime quia non videtur mortuus qui relinquit similem sibi post se. Et eni filius pars corporis patris. l. Cum scimus C. De agricolis et censi li xj Sic concludit Bal. in l. Unica. C. Quando non pe pars petē. accresc. xv. colla. Corroboratur quod supradictū est per l. Si mater C. De inoffi. testa. Ibi dū dicitur Repentini casus Iniquitas per coniecturam materne pietatis emendanda est. Ex quo tex. notat Bal. in recollectis Quod standum est cōiecture legis. Et ideo tanq̄ institutus videtur filius ex beneficio legis ex presumptiua constitutiōe Que habet loco scripti heredis. Quia lex scribit eum heredem. nec minus potest lex quā tabellio. vt ibi Bal. ¶ Item no quod si quis liberos nō relinquat intestat' Videt' decedere si extremis laborat et in momēto decedit. Quia i vltimo articulo vite Nec oino viuit. nec oino mortu' est. ff. De manu. testa. l. Qui duos. Et q̄libet ī vltimo articulo vite mutus efficitur. vt no. in li. Fen. a. Episcopū vel Abba c. j. colla. x. ¶ Item memoria muniatur languet intellectus. C. Qui testa facere possunt. l. Hac consultissima. § Hac cum humana. ¶ Item lingua ingrossatur vt articulate loqui non posset vt C. De testa. l. Jubemus. Et omnis sic laborans in extremis presumitur omnino nec consilium nec iudicium rationis habere Quia deficiente corpore deficit intellectus. Et intellectus sine corpore nichil agit. infra orbem lune. vt dicit Aristotiles in primo de anima vt refert Bal. C. De boque li be l. Cū non solū. § . i an fi. Alias valet testamentum semi mortui: Dum tamen cōstet esse sanum mente. et aperte possit verba proferre. vt ff. De le. in l. Pamphilo. § . Propositū ff. Desiderio liber. l. Si pater. § . si et. C. De testa. mi. l. Miles § Proinde. vt refert bal. in. l. Quē dignū. C. De testa. in fi. ¶ Item no. Quod proprie dicatur intestatus. qui cum testamentum facere possit Intestatus decessit. vt. ff. De suis et legi. heredi. l. j. in pim. no. glo. in. l. Cum antiquioribus. C. De iure. deli. Facit ordinatio quam fecit infans. Henricus magister generalis. ordinis sancti iacobi. anno. Mill cccc xl. Ordinatio. l iij. Et vide Bar. in l i. ff De suis et legi heredi. et. Jo. faber insti. De heredi. q̄ ab intesta. pe in pun. ¶ Item no. Quod priuilegium concedens alicui ad bona decedentiū ab intestado. nō vendicat sibi locum: si moriens facit testamentū quod non valet ex defectu solennitatis obmisse cum talis non dicatur quantum ad hoc decessisse intestatus no. pe. et Abb. in. c. Cum tibi. De testa Et est glo. Jo calde. in suis consilijs. eitu. De consti. consilio. vj in fi.

¶ Inuenta seu thesaurus inuentus sunt regis. vide infra. Rex.

¶ Ispalen. ciuitatis vicini equos et arma per annum et diem habentes monetas non soluant. nec sue vxores seu filij.

Hoc itaque privilegio post eorum mortē filii masculi usque ad .xvij. Et filie donec matrimoniū contrahant gaudeant.

Item tales non possunt pro debitis incarcerari: nec eorum equi et arma capi. nisi pro redditibus et petis regalibus. Ordi. regis hen. Tauri. peti. v.

¶ Ispalensis civitatis vicini pro debitis ecclesie vel clericorum capiendi seu incarcerandi non sunt. Eadē ordi. peti. vj.

¶ Ispalensis civitatis vicini decimas de carbonibus solvere non artantur. Eadē ordi. peti. vij.

¶ Ispalēsis civitatis vicini pretextu debitorum pertenentes alcaçares et taraçanas non capiantur vel incarcerentur: sed per civitatis pretores iudicentur: et in carcerem civitatis si de iure fuerit ponantur Eadem ordi. peti. viij.

¶ Ispalensis civitatis vicini etiam generosi lites non moveant contra hereditates habentes a parentibus vel consanguineis eorum permutationis seu donationis: vel alio quovis titulo. Nisi sint de patrimonio vel avolengo. Tales enim hereditates possūt retrahere ab his qui a parentum vel avorum heredibus emerint usque ad novem dies a die venditionis numerādos. Si est in patria volens retrahere: nec potest ignorantiam si in patria fuerit pretendere. Ea. ordi. peti. x.

¶ Ispalensis civitatis vicini a possessionibus rerum quas habent non priuētur pretextu alicuius rescripti regis: vel mandati ac delantati: vel alterius iudicis ante quam vocentur audiātur et cōvincantur. Et si contra hoc fiat restituatur taliter spoliatus usque ad triduum per alios civitatis pretores: quo termino trāsacto per capitulum seu consilij officiales restituātur. Eadem ordi. peti. xj.

¶ Ispalēsis civitatis lites que per iudicē supplicatiōis finiūtur amplius per alios iudices nec audiātur: nec determinētur. Iudex sūi supplicatiōis cū cōsilio litteratorum civitatis vel maioris eorū partis sententiā proferat supplicationis. Ea. ordi. l. xij.

¶ Itinera publica serventur: ut nullus guidagia nec alia accipiat. Sed libere itinerantes de partibus ad partes vadāt Contra faciens ut depredator et itinerū fractor punitur. Ordi. regis Al. vallis. peti. xxxij.

¶ Itinera. Iter vel via inq̄ntum debet eē lata. no insti. De servi. rus. predi. § Via glo contra iet et ff. Quēadmodū servi amit. l. Nam satis. § De bis in glo. ¶ Item si via sit destructa: et vicinus det suam terrā pro reficiendo. An debet habere precium a populo no ff. Quemadmodum servi. l. Si locus. § si. glo. Viam. ¶ Item an si sit via destructa ante domū locatam teneatur inquilinus reficere et domino in expensis imputare. no. Io. an. in additi. Spec ti. De causa posse. et proprie. § Quia vero. Ut autem aliquid fiat. ¶ Item quando via sit publica vel privata. no ff. De locis publi. l. si. in glo. i. et ff. Ne quid i loco publi. l. i. § Viarum glo. Publicas. ¶ Item si quis nō habet viam ad fundum suum. An potest eā petere a vicino no ff. De religi. et sūptu. fu. l. Si quis sepulchrū. An si via debeatur uni fundo a pluribus sociis. vel si debeatur pluribus sociis ab uno fundo. An et quando amittatur et retineatur. no. ff. Quemadmodū servi. amit. l. Nam satis. § i. in glo. Qua autem actione seu quo remedio agatur pro via i civitate vel in villa. no Spec ti. De causa posse. et proprie. § Quia vo. v. Ad hoc si via. et ibi Io. an.

¶ Itinera que ad beatum Iacobum vadunt: et de una civitate ad aliam et de villa ad villam: et ad foros: et ad ferias sint secura: et serventur ne in eis aliqua vis fiat mors nec rapina. Contra faciens. de. solvat mo. ro. regi. Foro novo de Alcala ti. xxxvij. l. iij.

¶ Itinera per que bestie cum victualibus ambulare consueverunt seu mercantie portantur claudens: centum solvat regi moro. Expēsisque propriis clausurā dirūpat. Ordi. regis hen. ij. de penis. l. xxvj.

¶ Itinera navigiorū impediēs seu claudēs punitur: ut supra Flumina. a.

¶ Iter per qd greges ire cōsueverūt sit ap

tum. vide infra. Locus.

¶ Iudei defendantur a concilijs et officialibus ciuitatum et locorum vt damna a xpianis nõ recipiant. Ordi. regia Al. in valliso. l. iij.

¶ Iudei Defendantur. Et hoc si quiete degũt et nihil tẽptauerint turbulẽtũ legibusqz contrariũ. vt. l. Christianis. C. de paganis et sacrifi. Tollerãtur enim iudei propter memoriã mosayce legis quã a dño susceperũt. vt no. in. l. ij. circa prin. C. de summa trini. Nã cogimur ad hebreos recurrere: et sciẽte veritatẽ de fonte magis qz de riuulis querere vt e. Ieiuniũ. lxxvj. di. Et licet propria culpa iudeos seruituti perpetue submisit. pietas tamen christiana eos receptat. et cohabitationẽ eorũ substinet. vt e. Et si iudeos in prin in ti. perperum. Nã qz sine vlla ratione iudei non sunt ledẽdi. vt. l. iij. et. l. Nullus. C. e. ti. Dũ tñ iudei nõ superbiant elatiqz sui securitate quicqz precipites in christianã reuerentiã vltione admittat: vt allegata. l. Nullus in fi. Tollerãt itaqz iudei vt tanqz captiui viuant. Et sit memoria qz eorũ linea venerint qui christũ crucifixerunt: vt vij. parti ti. xxiij. l. i. Damna ergo non recipiunt: vt hic et Foro legum ti. ij. l. fi. Nam agendũ ẽ cũ eis vt potius ratione et mansuetudine prouocati sequi nos velint: non fugere. di. e. Qui sincera. xlv. di. Sine iudicio enim terrene potestatis nullus christian⁹ eos debet occidere vulnerare seu pecunias suas auferre: vel bonas consuetudines mutare: vt. c. Sicut iudei eo ti. Facit quod notat Io. an. in addi. Specu. super rubrica. De iudeis. et infra. c. b. d. e. Concor. infra. Officialis. d.

¶ Iudei postqz ad xpi fidẽ conuertũtur nõ debent contumelijs affici. ideoqz vocans eos marranos seu tornadizos vel alia iniuriosa verba. ccc. soluat pro qualibet vice moro. Et si soluendo non sit per xv. dies iaceat i cathenis. Ordina. regis io. i. Sorie. peti. xx.

¶ Iudei. Conuertuntur. Nouiter namqz conuersi ad fidem christi qui sua sponte paternam maliciam detestati sunt. et baptismi gratiã susceperunt: non solum saluantur: sed etiam honorandi sunt: et officijs et beneficijs sunt digni vt. c. De iudeis. xlv. di. et. c. Eam te. de rescriptis. et. vij. parti ti. xxiij. l. vj. De qua materia specialẽ tractatũ de mandato dñi regis Io. ij. feci qui incipit. Qm̃ scdm hieronymũ vetus ouis. et c. Et eũ ad egregiũ doctorẽ Fernan. dida ci collecta: illustrissimi dicti dñi nr̃i regis relatorẽ destinaui. Quez foro legum. li. iiij. ti. De las iniurias apposui.

¶ Iudei cum sint segregati in tributis et cõtributiõibus a xpianis nõ tenẽtur cum eis in salarijs iudicũ seu procurũ soluere. Ordi. regis Al. Legionis. peti. xiiij.

¶ Iudicũ. Sz nec põt iudeus officiũ aduocationis exercere: vt. l. Nemo. C. de postulan.

¶ Iudeos recepit rex sub sua protectiõe et defensiõe: et ab oĩbus cõtumelijs et iniurijs precepit eos defẽdi. Iusqz eis a suis debitoribus sine dilatione maliciosa et iudicij figura administrari: suaqz confirmauit preuilegia preter illa que in fauorem sunt vsurarum. Ordi. petiti. regis Al. de Alcala. l. Porque se falla. circa fi.

¶ Iudei quia secundũ prophetias sunt ad xpi fidẽ cõuertẽdi vt salui fiãt. Debẽt cũ oĩ viuere securitate. Ideoqz permittitur eis vt possint hereditates habere pro se heredibusqz suis in regno et dominio regia. s. in realengo quilibet iudeorũ vsqz ad quantitatem. xxx. mille moro. vltra duero Si domũ habeat iudeus pro se: et intra duero vsqz ad. xx. mille moro. qũtitatẽ. Etiã vltra qũtitatẽ valoris domorũ in qbus ipsi iudei cõmorãtur: et vltra domus sue iuderie. In dominio tamẽ de abadengo behetrias seu solariego possũt iudei vsqz ad dictã qũtitatem hereditates vt premittitur emere cum domini loci permissu et voluntate: et non alias. Ordina. Fori noui regis Alfon. de Alcala titulo xxiiij. l. ij.

¶ Iudei. Ut salui fiant: vt p̃s ye. x. Reliquie israel in veritate conuertẽtur. De qua prophetia fit mentio in glo. c. Iudeorum. xxviij. q. i. Hereditates habere. Nisi fuerint cõperate de vsuris quas vendere tenentur: et restituere pecuniam. vt in. c. Cum tu. De vsuris.

¶ Circa hanc materiam no. qz lex mosayca siue iudayca est specialis iudeorum: ergo inter eos derogat legi generali et cõmuni sicut species derogat generi. vt. l. In toto ff de re iuri. et eo. ti. e. Generi. li. vj. Unde e qz vt scribitur in euangelio qz iudei dicebant pilato. Nos habemus legem per quam debet mori et cetera.

Quasi dicat Lex nostra debz nobis seruari nō ob. contraria. Quia in his que expresse sunt contra legem sunt eis per legem communē p̄hibita Lex cōmūis debet seruari In his vero i quibus lex cōmunis legi iudayce expresse non derogat Tunc inter christianos et iudeos ē lex cōmunis Et sic seruare debent legē iudaycam vt eorū spalia Sicut inter christianos seruāda sunt primo iura municipalia. lege vero iudayca deficiente recurrēdum est ad ius cōmuē Ita debet intelligi. Lex. iudeos. C. de iude. in fi. Nā ex littera dat intelligi q̄ lex sua inter eos debet seruari: nisi in his q̄ eis nō sunt permissa: sed prohibita. Sicut inter christianos iure municipali deficiente recurrimus ad ius commune l. Omnes populi ff de iusti et iure. Hec concludit Jo. calde. in suis consilijs ti. de consti. Consilio. x. Et de hoc Innocen. et alij moderni in c. Quod super his. De voto. Et idē Jo. calde. in eisdem consilijs ti. De loca. et cōdu. consilio. iij.

¶ Judei possūt inter se executores habere suorum debitorum qui cōsueta iura teneāt. Ordi. regis Jo. i. vallid. peti. xv. vide supra. Executio. x.

¶ Judei Itē nota q̄ licet iudei nō p̄ticipēt cū christianis in rebus diuinis. tñ p̄ticipāt i actibus huanis. Et ideo iudei possūt de iure ee p̄curatores christianorū: et interuenire pro christianis in iudicio et extra notat Bal ff. de excu. tuto l Spadonē. § Jā aūt. ¶ Itē immunitas cōcessa incolis certi loci cōp̄rehēdit etiam iudeos quēadmodum grauamē includeret eos vt ibi no. Bal. non enim sunt ita detestabiles iudei sicut et heretici. Quia fides hebreorū habuit initiū veritatis. notat Bal. in. l. Nullus. C. de summa trini. et c. Ut veterū. ix. di.

¶ Judeus nō incarceretur pro debito nec alicuius obligationis pretextu. Nisi pro debitis et iuribus regalibus. Nec etiam christianus debet pro iudei vel mauri debito. nec alicuius pretextu obligationis incarcerari. Ordi. regis Al. Segouie. l. xv. Et ordi. hen. i. Tauri. petti. xv.

¶ Judei seu mauri nō sint collectores. arrendatores. inq̄sitores iuriū et petitorum seu tributorū regaliū. Ordi. regis Al. in madrid. peti. xxxvij. Et regis Jo. i. in valliō. peti.   anno. m. ccc. lxxxv.

¶ Judei. Arrēdatores. Itē nō possūt conduce re predia. nec redditus ecclesiarū. Et in cōstitutione sacri cōsilij basilieñ. q̄ incipit. Sacros canones renouantes. Quā nō vidit dñs Abbas de Cecilia in c. Uestra De locato. et in c. Ex speciali. De iude. vbi tenet contra.

¶ Tributorum regaliū no. q̄ de iure i hoc casu cū regales redditus venduntur iudeis siue sarracenis non ipsi sed christianus nō suspectus ad hoc deputatus tenetur iura illa colligere p̄ quē iudei siue sarraceni siue christianorum iuria iura regalia consequātur: vt ē expressū in c. Ex speali. de iude. Illa nemq3 officia publica iudeis nō committāt per q̄ eis occasio tribuatur penā christianis iferre; vt. c. Nulla officia. liij di. xvij. q. iiij. Constituit. Naz sacrilegij crimē incurrit qui iudeis supra christianos iurisdictionē tribuit: seu eos fractos collectores seu arrēdatores exactiona christianoꝝ vt prima parti ti. xviij l ij. et l. iij. Dēs nemq3 administrationes seu dignitates iudeis interdicte sunt: itaq3 nec defēsionis officio fungi possunt nec etiaz patrie honorē accipere possūt vt est expressū in. l. si. C. de iudeis. ideoq3 officiis publicis non preferuntur. Cū sub tali pretextu christianis plurimuz sunt infesti: vt. c. Cum sit nimis e. ti. Et qui iudei eēsent infames: eo q2 christi fidē aut christianam legem preuaricant a legitimis actib9 excludunt: vt c. Alieni. ij. q. vij. Idē. C. De diuersis offi. et apori. iudi. etc l. probatorios. li. xij An autem iudeorum collegio potest aliquid relinq. no. Bar. in l. Cū senatus. ff. de rebus dubijs. Idē no. q̄ eē iudeuz ē delictū. licet non punibile p̄ nō. vt no. Bar. in l. Apud iulianuz. § .si. ff. d le i. hinc ē q̄ dignitas vel honor non datur iudeis: sed onus: vt hic. et l. Dēs. C. de decurio. ¶ Itē ē notanduz q̄ iudeus nullaz tēporalem iurisdictionē potest habere: nec potest eē pupillor tutor seu curator. no. Bar. super rubrica. De iusticia et iure.

¶ Judei tributa seu vectigalia regis nō arrendentur: si xp̄iani arrēdatores etiam pro minori precio reperiuntur. Uide supra. Arrendare. c.

¶ Judeus vel maurus non sit almoxarife nec maiordomus xp̄ianiꝫ: nec alia officia in domibus habēt dñoꝝ. nec sint recuperatores. collectores. nec cōputatores Judeus aūt vel maurus cōtra faciēs bona ꝑdat: q̄ regi applicantur: et arbitrarie

punitur. Ordi. regis hen. i. Burgis. peti. x. et ordi. regis jo. i. Sorie. peti. ii. et ordi. jo. i. vallis. peti. et ordi. regis jo. ij. Burgis peti. xxj. anno. xxx.

¶ Judeus vel maurus nõ viuat cũ xpiano: nec ab eo officiũ habeat: nec teneat in domo sua vt cũ eo viuat xpianus vel xpianã: sub penis de quibus infra. xpianus.

¶ Judei in regis cõsilio nõ ponatur: nec eis detur potestas vt p eos patria dãnifi cetur. Ordi. regis hen. i. Burgis. peti. x.

¶ Judeorũ filij p xpianã nõ nutriantur Vide infra. Christiana. licet olim iudeis vsuras exercere pmittebatur. vt i ordi. regis Al. de maoris. peti. liij. cũ sequẽtibus hodie tñ id reuocatur: vt supra. e. v. Et infra. Usura. et supra. Contractus. a.

¶ Judei cõfessiões seu iuramẽta a xpianis nõ erigãt pro soluẽdis debitis i fraudẽ vsurarũ. vide supra. Confessio. a.

¶ Judei et mauri tributa soluãt p hereditatibus quas a xpianis emũt: vt ipsi xpiani pro eis soluere consueuerunt. Ordi. hen. i. Burgis. peti. xv.

¶ Judei. Soluat. Et hoc verũ scđm quos soluunt alie congregationes iudeorum in ciuitatibus vel villis. no. in. l. Que sub pretextu. C. De sacro sanc. eccle.

¶ Rex jo. ij. in vallis. Anno dñi. m. cccc. viij. sub tutela existens pragmaticã edidit de consilio matris et patrui infantis Ferdinandi: et statuit necnon et precepit q nulli iudeorum cuiusqz sit status non audeat arrendare seu conducere rentas, petos, seu iura regni regi pertinentia: si ue sint vectigalia. vel alcaualas. monetas, decimas seu etiam portagia. nec alias quascunqz rentas, nec sint fideles, nec collectores, nec etiam recuperatores ipsarum. nec sint alicuius persone fideiussores in ipsis rentis publice: nec occulte, nec arrendent seu conducant decimas. nec alia iura ecclesie, nec quorumcunqz dominorũ pro suis vasallis seu subditis in temporali vel spirituali, nec sint collectores seu recuperatores dictorum iuriũ et rentarũ. Et si arrendauerint collegerint vel recuperauerint: seu in eis locuti fuerint: seu tractauerint: vel in eis fideiusserint si probatum fuerit soluat in penam tantã quantitatem vt renta valuit. Et si minus bona sua valent perdat bona: et dentur publice sibi quinquaginta flagella. Et contra talem iudeum fiat probatio cũ duobus iudeis: vel cum vno xpiano et alio iudeo vel cum duobus christianis: vel per ipsius iudei confessionem. Item si xpianus dederit partem in tali renta iudeo: vel recuperatorem illius fecerit, seu in consilio dicto vel facto fuerit quod contra supradicta iudeus faciat soluat tantam quantitatem sicut renta fuerit. Et si soluendo non fuerit perdat bona: et per annum stet in aliquo castro frõcario. et penarũ õ quibus supra tercia cuilibet de populo accusanti alia iusticie. et residua camere regis applicentur. et precepit istam. l. publicari per ciuitates loca 7c.

¶ Judei cum rex locũ ingreditur. xij. moro. pro qualibet actora montarijs de ipsis soluere tenẽtur. vide infra. Officiales.

¶ Judei non sint ausi facere seu procurare vt aliqui mauri tartali seu alie persone cuiuscunqz sint secte ad iudeorum fidem conuertantur: nec circũdentur. Judei autem contra facientes necnõ et taliter conuersi regis sint captiui: vt de eis ad libitũ faciat. Ordina. regis jo. i. Sorie. l. iij.

¶ Judei. Contra facientes. Item si forte voluit iudei lapidare: vel alio furoris genere percutere attentauerint eorum feralem sectam fugientes: et ad dei cultum respicientes. debent namqz tales iudei concremari: vt l. ij. C. Eo. ti. Item iudei qui christianum circuncidisse sciuerint bonorum prescriptiõe et perpetuo exilio damnantur: vt l. Judea. ij. C. Eo. ti.

¶ Judei seu mauri xpianorum nomina non habeant: nec per xpianos taliter nominentur sub pena mercedis regis. Sig

naqz portent vt cognoscantur: ꝛ differat in habitu a xpianis. Ordi. regis henri. i. Tauri. peti. ij.

¶ Iudeus in vestibus quas desuper tradit signum pani rubei in humero dextro quantitatis trium digitorum per girum apponat: vt manifeste ꝛ non occulte demonstretur: ꝛ i habitu differat a xpianis Si vero dictū signum iudeus nō portauerit: seu deferendo occultauerit vestes quas desuper tradit quandocunqz repertus fuerit sine signo iam dicto: vel occulte illud deferre perdat. Quarum vestiuz medietas accusatori Alia vero medietas iudici hoc exequenti applicetur. ¶ Item iudeus caligis solatis seu vestibus virgatis vel partitis non vtatur: sub pena iam dicta. Reuocantur preuilegia ꝛ rescripta contra hoc concessa. Ordi. regis henri. ij. in madrid. De iudeis. peti. penultima.

¶ Iudeus. In vestibus. Et sic habitus diuersitas eosdem iudeos ꝛ sarracenos vtriqz sexus distinguere debet a christianis. Ne per velamen erroris cum christianis carnaliter cōmisceantur. Quod esset nefandum: vt. c. In nonnullis. De iudeis. Concor. cum hac l. vij. par ti. vij. l. xi. Ubi maior imponitur pena.

¶ Iudeus tamen in itinere potest impane sine dicto signo ambulare. Dum tamen cum ad locum accesserit signum illud vt premittitur ostendat ꝛ portet. Alias dictam penam incurrit. ¶ Itez nemo sua ppia auctoritate vestes propter causas iam dictas auferat a iudeo donec primo accusetur: ꝛ per secularem iudicē condemnetur. Ea. ordi. l. fi.

¶ Iudeorum preuilegia quibus cauetur q suo iuramento credatur de quantitate pignorum que habent. Etiam si nō dicant nec nominent a quibus res in pignus habent. Et q dñs rei tenetur soluere illud quod iudeus iurauerit reuocantur. Si vero iudeus dat auctorem a quo rē que ab eo petitur accepit vel habuit in pignus super quantitate: creditur suo iuramento. Ordi. regis hen. i. Tauri. peti. xix cū sequen. ¶ Item iudeorū preuilegia vt de rebus a christianis substractis ꝛ apud iudeos inuentis non teneantur dare auctorem. Et quod suo iuramento credatur reuocatur. Uide infra. Preuilegia.

¶ Iudeus tenetur xpiano restituere res apud eū inuentas: si xpianus probat suas esse: ꝛ dicit vi vel furto ab eo ablatas: vel tenetur iudeus auctorem dare. Uide infra. xpianus.

¶ Iudei orationem non dicant per quā maledicere xpianos consueuerunt: ꝛ ecclesias: clericos: ꝛ defunctos: ꝛ a libris suis eas deleant. Alias iudeus talem dicēs maledictionem ꝛ ad eam respondēs centum flagella patiatur. Si vero in libro aliquo iudeorū prescripta reperiatur maledictio cuius est liber tria milia soluat regi moro. Quos si soluendo non fuerit dicta patiatur flagella. Insuper vero grauiter regis arbitrio punietur tanqz xpianorū legē maledicētes. Ordi. jo. i. Sorie l. prima.

¶ Iudeus q̄ pignus negat si cōtra probatur Qualiter puniatur. Uide infra. Pignus.

¶ Iudeus cuiuscūqz sit status nō se intromittat ad cognoscēdū de criminalibus causis iudeorum. Sicut mors ꝛ membri mutilatio: seu exilium. Sed vnus pretorū loci quem ipsi iudei elegerit possit de his criminalibus cognoscere. Et si cōtingat ab eo appellari: vel alio quolibet alicuius domini pretore appellatur ad regis curiam. Processus autem super predictis criminalibus coram iudeis vt premittitur ventilari non valent. Nec per aliquem pretorem merinum seu alium debent executioni mandari. Sub pena sex mille moro. Nec etiam iudeorum statuta seu excommunicationes contra hoc late valent. Quia secundum prophetias: Cum venerit ille sanctus sanctorum ces

sauit iudeorũ iurisdictio. Uñ tñ possunt iudei omnes causas ciuiles inter se secundum suam legem determinare. Ordi. regis Jo. Sorie. l. ij.

¶ Iudeus. De criminalibus. Et est huius legis ratio. Quia cum venit ille sanctus sctõrũ unctio et potestas eorũ cessauit: vt. vij. parti. ti. xxiiij. l. iij.

¶ Ciuiles Lõcor. l. Iudei. i. C. De iudeis. Causas tamẽ iudeorũ et christianorũ non possunt determinare. an. l. Si qua. C. eo. ti.

¶ Iudei testimoniũ nõ facit fidẽ contra xpianũ. vide infra. Testimonium.

¶ Iudei et mauri cũ eucharistia trãsit p calẽ seu vicũ tenẽtur fugere vel genua flectare. vide infra. Christianus.

¶ Iudeus cõdẽnatur p testimoniũ xpianorũ in oĩbus causis tam ciuilibus qȝ criminalibus. vide infra. Testimonium.

Licet rex Alfonsus in curijs de Segobia. et rex hen. ij. in curijs Tauri decreuerunt qꝫ iudei et mauri non possent incarcerari pro debitis: nec etiã pretextu cuiusqȝ obligatiõis dñi. Tñ rex ferdinandus et regina reuocarunt dictas leges: et qꝫ legum vigorẽ nõ habeãt. Ea. ordi. peti. x. Rex ferdi. et regina in dictis curijs d madrigal. peti. xxxij. cõfirmant leges q̃ disponunt qꝫ iudei tradant signũ panni rubei in humero dextro et c. Et addunt qꝫ iudei et mauri in sellis et stribis calcaribus et ensibus seu zonis: et cinctis aurum nec argentum non tradant nec pannũ siricũ nec de grana in rupis: vestibus interius nec exterius. Item qꝫ iudei continue tradant dictum signum rubeum. Et mauri capucium seu capellã viridũ super vestibus: et ad minus lunetã. Et femine lunetã azul i humero dextro in vestibus de super ãplã quattuor digitorũ in loco patenti. Et si contrarium iudeus vel maurus fecerit eo ipso vestes perdat superiores. Et quicunqȝ impune eos exuat sine denudet: et dictos capiat arreos auri et argenti: necnõ et vestes capiat. dum tñ sine mora ea tradat corã loci iudice vbi hoc cõtigerit. Et iudex medietatẽ capiẽti adiudicet. et aliã medietatẽ sibi applicet. Si tñ capiens sine mora corã iudice ea non tradiderit raptoris penã icurrit: et vestes et iaeȝ iudici applicentur et cetera.

Leges loquẽtes de iurisdictiõe quã exercere possũt iudices iudeorũ inter iudeos cõfirmãt rex ferdi. et regina in madrigal. peti. xxiiij. Et addũt qꝫ iudices iudeorum et sarracenorum cognoscãt de causis ciuilibus dũtaxat i locis vbi hoc habẽt de cõsuetudine et nõ alias. Et etiã i dictis causis ciuilibus possunt ipune iudeus et maurus trahere iudeũ et maurũ si maluerit corã xpiano iudice. et ꝑpter hoc nullã incurrit penã. Et etiã eo casu quo iudex iudeus vel maurus cognoscit inter suos: libere potest ad cancellariã et audientiam regis appellari. Cassarunt et reuocarũt oĩa priuilegia contra hoc a regibus predecessoribus suis edita: et omnia alia preuilegia quibus cauetur qꝫ iudices xpiani nõ cognoscãt de litibus iudeorum. et c.

¶ Iudex cum salario alicui ciuitati vel loco non detur: nisi per omnes vel maiorem partem loci petatur, vel quando rex viderit qd ẽ necesse qd ponatur propter iusticie defectum. Ordi. regis Al. legiõis peti. viij. Et ordi. regis hen. i. Tauri. peti. v. Et regis Jo. i. Burgis. peti. xxx. Uide infra. Rex. et supra. Correctores. b.

¶ Iudex. Cum salario. Et no. qꝫ talis iudex salariatus iurare debet id quod continetur ibi. eo. §. Item debet iurare id quod continetur in l. Sancimus ff. Ad l. iuli. repe. canonizata. i. q. vij. Sancimus Et inter alia iurat: qꝫ exceptis salarijs nihil penitus tam in administratione q̃ post depositum officium pro aliquo prestito beneficio tempore administrationis quam gratuito meruit accepturum. Quod si fecerit: non solum recipiens: sed etiam dans in quadruplum tenetur: vt ibi. et in auct. De manda. pri. ci. §. Oportet. colla. iij.

¶ Item no. qꝫ est differentia inter ius dicentem et iudicantẽ. Nã ius dicẽs proprie ẽ habẽs merũ imperiũ: iudicans id nõ habet. no. glo. in l. i. ff. De iuris. om. iu. Et sic ẽ differẽtia inter iu

dicare et ius dicere. Quia iudicare proprie est diffinire questionem inter partes. Ius dicere est aliquid extra iudicium statuere: vt ibi notat Bar.

¶ An mortuo iudice salariato debeatur sibi salarium residui temporis. tangit Spec. ti. Delegato. § finitur in fi.

¶ Item no. quod salarium a republica nulli debet solui: nisi cui specialiter a principe sit concessum. vt l. vnica C. De preben. salario. li. x. Nisi ob liberalem artem vel medicinam: vt ibi notat glo. Item no. quod iudicibus negligentibus totum salarium aufertur: vt l. Iudices C. De annonis et tributis. li. x. ¶ Item no. quod non debent cause committi iuris ignaris. Nam tales recusari possunt: nisi princeps ex certa scientia committat: vt in auct. De iudi. § i. ff De re iudi. Quidam consulebant seu iudices ordinarii possunt esse: vt. l. Certi. C. De iudi. sed contra: vt tenet Jaco. insti. De iusticia et iure circa prin. Licet ibi Jo. faber non credit quod debeat recusari: si alias habeat factorum experientiam vel alle. l. Certi. Nam potest habere assessorem: vt. c. Statutum. § Assessorem. De rescriptis li. vi. quando quidem in delegato ignaro qui indiget assessore. et in hac sententia est Spec. ti. Delegato § Exapit. Item quod est litteratus. Item no. quod si assessor est purus legista et causa est mere canonica et spiritualis potest recusari: notat officus in. c. Statutum. post prin. de rescriptis li. vi. Facit quod aduocatus grossus ingenio si causa est subtilis est suspectus propter ignorantiam iuris. notat Bal. in. l. C. De heredi. instituen.

¶ Item talis iudex cum salario detur bonus prudens timens deum solum per annum. Ordi. reti. regis hen. ii. Tauri. peti. vi.

Item sit naturalis regni vbi est locus a quo mittitur: in alia ordi. Tauri eiusdem regis peti. iii. Item personaliter: non per substitutum in officio resideat: nec detur nisi in formatione precedente. vt Ordi. regis Jo. in zamore. petiti. xi. Vide supra. Corregidor. b.

¶ Item talis. Prudens Iudex enim non debet esse illitteratus: sicut nec aduocatus C. de postulan. l. ii. Licet taliter illa. l. intelligi possit. Nec medicus sine phisica. ff. de officio presidis l. Illicitas. § Sicuti. Nec cirurgicus sine cirurgia. ff. Ad l. acquile. l. Qua actione § Si. ff. de commo. l. Si quis ex argentariis. § pre- tor. Et sic cuius rei peritia ab aliquo exigitur si non habeat est in culpa: vt ff. Ad causas v. l. ii. hoc notat glo. in auct. de iudicibus. § A collatione vi. Et ad id quod supra dicitur de salario no. incidenter quod si ciuitas concedit licentiam potestati vel capitaneo vel alteri officiali se absentandi vsque ad certum tempus: debet pro tempore absentie habere salarium. Quia dicitur esse presens qui licito comeatu est absens: vt. l. hac lege. C. de proximis sacrorum scriniorum. li. xii. et ibi Jo. de pla. post glo.

¶ Judicem ordinarium nemo nisi Rex vel imperator: aut ab eis potestatem habens constituere potest. vel si prescriptione quis iurisdictionem adquirat: vt Foro nouo de Alcala. ti. xx. l. i. Celeriter enim debent tales ordinarii iudices poni. Debet tamen ordinarius iudex esse fidelis bone opinionis sine cupidine: peritiam sciente vel intellectus habens ad iudicandum mansuetus: boni sermonis erga venientes coram eo: timensque deum: et eum qui in officio sublimauit. Et in se habens iusticiam et pietatem. Foro nouo de Alcala. ti. xxxv. l. i.

¶ Judicem ordinarium. Nisi rex. Concor. Foro legum li. i. ti. vii. l. i. Et vide quod ibi scripsi quod si quis ab alio deputatus ordinariam gerat iurisdictionem quicquid si fecerit pro infecto debet haberi: nec necessitas imponitur ab eius sententiis appellari: vt. l. i. C. Qui pro sua iuris. ff. De iudi. l. Cum pretor § Iudicio. Et concor. cum hac. l. C. Ut omnes tam ciui. quam crimi. iudi. l. i. et iii. parti. ti. iiii. l. vi. Item crimen lese maiestatis incurrit gerens se pro iudice cum non sit: et iurisdictionem exercens dolo malo sciens potestatem non habere incedit in crimen lese maiestatis. vt. l. vii. Tabularum in fi. ff. Ad. l. iul. maies. Et crimine falsi est reus vt. l. Qui nomine. ff. de falsis: et no. C. de falsis. l. Maiorem. Sicut incedens vt miles cum non sit: aut missam cum non sit clericus celebrans: vel malicie sibi nomen mutans: incurrit crimen falsi: vt. vii. parti. ti. de falsis. l. ii. ¶ Item no. quod vniuersitas: ciuitas vel locus qui nemini subiacet potest sibi eligere rectorem temporalem seu perpetuum: ex quo nulli alii paratur preiudicium. C. de iudi. l. Nemo. Vnde populus elegit sibi imperatorem. ff. de origi. iuris l. ii. § No- uissime. xciii. di. c. Legimus. Et in tali casu ille electus habet iurisdictionem et non vniuersitas eligens eum: vt no. Innocen. in. c. Cum accessissent De consti. et Bar. i. l. i. ff. de damno infecto

Si autem locus eligens subiaceret alij: et tunc non licet sine ipsius consensu: vt notat plene Hosti. et hen. in .c. Aduersus. extra. De immunitate ecclesiarum. ¶ Item nota quod potestas construendi magistratum ad iusticiam exercendam pertinet tantum ad principem. Concor. in li. Feudorum ti. Que sunt regalie circa medium et est tex. C. de offi. pretorio. l. i. §. Optamus. cum l. sequenti circa prin. et ff. Ad l. iuli. ambi. l. i. in prin. Que iura de ordinaria iurisdictione inquiritur. Concor. iij. parti. ti. iiij. l. ij. peritiam scientie. Nota etiam quod iudex non solum potestatem iudicandi sed etiam peritiam debet habere scientie ad minus mediocrem sicut prelatus: vt no. glo. i. §. l. ff. di. Item nota quod his qui fuit advocatus in causa non potest esse iudex in illa causa: vt est tex. in. l. pretor. ff. De iuris. om. iudi. et in. l. Quisquis. C. de postulan. et in. l. fi. C. de assessoribus. et iij. parti. ti. iiij. l. ix. cum. l. se. Et ibi de procuratore cum consiliari dicuntur omnes qui in iudicio causas agunt: vt alle. l. Quisquis. Intellectus. no. quod hec requiruntur in iudice s. Intellectus vt discernat verum et falsum. Ratio vt eligat bonum et reijciat malum. Memoria vt recenseat acta cause. Et voluntas que debet esse cum libertate arbitrij. notat Bal. in. l. Voluntatis. C. de fidei comi. Insuciam. Concor. iij. parti. ti. iiij. l. iij. Et pietatem. Nam per nimiam iudicis seuitiam priuatur iudex iurisdictione. ff. De his qui sunt sui vel alieni iuris l. ij. Est tamen nos tandum quod pacientia irrationabilis vicia seminat: et negligentias nutrit: vt non solum malos sed etiam bonos inuitat ad malum. no. Arch. in. c. Sed causa. xj. q. iij. Debet etiam iudex esse diligens. Nam officialis per incuriam seu negligentiam officij punitur: vt l. ij. C. De conducen. in publicum ordinandis. li. x.

¶ Judex non potest constitui insensatus nec mutus nec surdus nec cecus: nec habens aliquam continuam infirmitatem ob quam iudicare impeditur: et dubitatur an curabitur. Item infamis religiosus: seu mulier nisi sit regina: vel comitissa: vel heres existat alicuius regni domini vel patrie. Nam tunc cum sapientum consilio iudicem constituere potest. Ea. ordi. l. ij.

¶ Judex. Insensatus. Habuit ordinem a. l. iij. parti. ti. iiij. l. iij. Sed hic addit vnus casus de eo qui aliquid fecit propter quod minus valet.

¶ Judex non potest seruus constitui quia libero caret arbitrio. Si tamen creditur eum esse liberum acta per eum vt iudicem vsque ad tempus quo reuelatus fuerit seruum esse valent communis erroris excusatione. Eiusdem ordi. l. iij.

¶ Judex. Non potest seruus. Concor. alle. l. iiij. iij. parti. ti. iiij. et ff. de offi. pretoris. l. Barbarius cum ibi notatis.

¶ Judex ordinarius debet esse maior etate. xx. annorum: sed si delegatus est minor: maior tamen. xviij. annis potest iudicare: licet non potest ad hoc per delegantem sub cuius iurisdictione est cogi. Delegatus tamen. xviij. annorum seu illa etate minor non valet iudicare. Eius itaque iudicium est nullum: nisi de partium consensu iudex fuerit deputatus vel a rege fuerit datus. Judex vero antequam iurisdictionem exerceat sex que sequuntur iurare tenetur primo: quod regis mandatis obediens erit. Secundo quod regis dominium et honorem iuraque regalia obseruabit. Tercio quod regis secreta non reuelabit. Quarto quod regis damnum diligenter et pro posse euitabit. Et si euitare non valuerit id regi illico certificabit. Quinto quod vt melius et citius poterit lites diffiniet: et quod pro muneribus a iusticie tramite non deuiabit odio. timore. dono. vel promissione dispositis. Sexto quod a litigantibus seu litigare volentibus: aut ab alijs pro eis dona aut promissiones non recipiet. Et hoc iuret iudex in manu regis: vel supra sancta dei euangelia: et cui rex mandauerit iuramentum recipiendi. Insuper de stando per quinquaginta dies post finitum officium in loco et querelantibus de eius administratione quondie preconizatione facta satisfacere prestabit cautionem. Et de querelis istis eius successor cum aliquibus hominibus probis loci dicto iudici non suspectis: aut maliuolis cognoscit: nisi ex hoc sequeretur mors: aut membri mutilatio. Tunc eum mittitur ad regem cum expressione maleficij quod commisit. Eadem ordi. For. noui de Alcala ti. xxxv. l. fi. vide supra. Correctores. a.

¶ Iudex. Ordinarius. Concor. iij parti. ti. iij. l. v. Decem et octo annis. habuit ortum ista lex a lege Quidam consulebat ff de re iudi. et quod ibi no Bar. ubi vide per eum quod potest cognoscere de hac exceptione tu non potes esse iudex et quando debeat ista exceptio debet opponi Et an princeps eligendo scienter indignum iudicem videtur cum eo dispensare ibi per Bar et per glo. et doctores in l. fi. C. Si contra ius vel utili pu. et per Innocen in c. Veniens De filijs presb. Et concor. c. Cum vicesimum De offi dele ga li. vj Et. iij. parti. ti. iiij l. v. Iurare tenetur Concordat l. Rem non novam. C. de iudi. Et melius. iij. parti. ti iiij. l. vj. Obediens erit. De qua obedientia vide quod scripsi foro legum li i ti iiij l. Unica. Observabit. est simile quod iurat vasallus dno suo: ut c de forma xxij. q. v. Et in li. feudorum. ti. de forma fidelitatis cum ti. sequen quod iuramentum hec verba continetur incolumen tutum. honestum utile facile possibile. quod ibi tex declarat Et sic iudex inco lumen regem servabit si iura regalia observet Secreta. Et sic tutum servabit regem: ut ibi Eni tabit Et sic ne sit regi in damnum de sua iusticia: vel de alija causa que ad honestatem eius pertinere videntur: ut ibi in textu certificabit Hoc idem ponitur in li. Feu. ti. de nova fidelitatis forma circa medium. Lites diffiniet. quod pertinet bono et equo iudici ne partes ultra modum graventur laboribus et expensis: ut c. finem litibus. De dolo et contu Et. iij. parti. ti. e li xij. ¶ Item iudex debet pro sua fide et industria contemptiones dirimere sic ut nec fallat nec fallatur: ut. l fi C. De ponderationibus. li. x. Non recipiet. Facit. c. Quattuor modis. xj. q. iij. Et concor. infra. eo. b. i. Et quod ibi no. Et vide supra eo a. Et quia de secreto regi observando ista lex loquitur No. quod illi qui secreta regis produnt capite puniuntur: ut. C De mer. et mer. l ij. Et no in alle. c. De forma Item qui munitiones cedit hostibus vel litteras vel nuncium seu aliud signum eis mittit incidit in crimen lese maiestatis: ut. ff. Ad l. iuli. males. l. i. et. ij. et. iij.

¶ Per quinquaginta dies. Ortum habuit a lege codicis. Ut omnes tam civiles quam mili. in rubro et in nigro Et alle l. vj. ti. iiij. iij parti. no. tamen quod licet iudex non tenetur ultra hos quinquaginta dies in loco expectare: ubi officium exercuit. Poterit tamen in patria perpetuo conveniri ut in. l. ij ff. Ad l. iuli repe. et ibi Bar. Item lex ista et. l. C. supra allegatis intelliguntur de iudice qui non in provincia officium exercuit. de eo autem qui in patria iudicavit habet locum: quod no. in alle l. ij et ibi per Bar. Item no. quod tales iudices compellunt ad locatore: alias redire ad faciendam residentiam si infra annum requisiti fuerint: alias non: ut supra Correctores. a. Item no quod iudex minor coram maiore potest etiam durante officio conveniri. ut ff de iniurijs l. Nec magistratibus. Si autem est minor iudex et temporalis tunc non tenetur: nisi deposito officio respondere: ut alle. l. Nec magistratibus Cavebit tamen quod stabit iuri finito officio. ut ff. de adulterio. l. Si adulterum § fi. et de iudi. l. Pars litterarum. Si vero est iudex perpetuus tunc statim poterit conveniri: ut. ff. Si certum petatur l. presbis. et c. Conquerente. de resti spoli. Idem si est dubium an sit perpetuus. ut cum iurisdictio eius non est certo tempore limitata. Quia tunc reputatur perpetuus: ut ff de excusa tu. l. Iurisperitos et de condi inde l. Sufficit cum se. no tamen: quod temporalis iudex potest conveniri etiam officio durante si opprimit subditos: ut C Ad l. iuli. repe l. Iubemus. Et autcen. Ut iudi sine quo su § Necessitatem. Et vide quod no de episcopali audientia l. Si quis preses. hec enim in effectu no. hen in c. Legebatur de maio et obe Concor cum hac. l. autcen. ut iudi sine quo su § Necessitatem.

¶ Iudices et iusticie regni iusticiam faciant et exequantur contra culpabiles: alias rex iudices puniet: negligentes tanquam de aliena suam propriam faciens. Ordi. regis hen. i. Tauri. l. xxvj.

¶ Iudices. Iusticiam Est tamen notandum: quod ubi quis ex iudicis defectu non valet rem suam consequi tunc potest propria auctoritate illam invadere: no glo i di Ius gentium. et c. Cum oli i de resti. spoli. Facit. l. Aut pretor. ff de his quae in fraudem credi. Et quod no in c. Cum ab homine de iudi. Io an. et Abb. de cecilia in c. fi de dolo et contu Iusticiam faciant. Nam propter delictum iudicis puniantur omnes cives no. Bar in l fi. C. de naviculariis li. xj Negligentes Non enim permittat iudex ex negligentia partem lesam ad regem concurrere: et eam molestum esse. Nam si rex reperierit iudicem quod iustum est non fecisse in eum indignationem convertet et cetera: ut in auct. De manda. princi. § Sit tibi colla. iij. Item no. quod pena iudicis non recipientis accusationem intelligitur de legitima et legitime instituta: ut ff de offi. presec. vigi l. i. § hoc autem. et ibi Bal Suam propriam. Et sic no.

Quod iudex punitur in obmittendo vel negligendo iusticiam administrari Sicut in faciendo côtra iusticiã: qd ẽ notandũ. Concor. foro legũ li.i ti. delos alcaldes l.viij. Et qd ibi scripsi. hoc idẽ tenet hosti i.c. dilecti. de pauil. le. 7 io.an. in nouella in .c.i. de re iudi. li. vj. Et no. Bal in .l. Mancipia. C. de seruis fugi. Ex hac .l. no. q iudex qui non pũit malefactorẽ eadem pena punit Concor l. si C. Ne sanctũ bapti reiteretur 7 C. de paganis .l.i. in fi. 7 l. Xpianis: 7 de comer. 7 mer. l.ij. in fi. Nec etiã iudex potest penam differre quando puniat: vt. C. de deser. l.i. in fi li. xij. 7 C. de vi pu.l. Seruos in fi. Item nec etiam minorem penam iudex imponere potest q̃ lex dictat. Quin eadem pena puniat: vt alle. l. si. C. Ne san. bapti. Et hoc verũ nisi aliq circũstantia reperiri posset: vel in delicto. vel in persona criminosi de his que habent. ff. de penis. l. Aut facta. 7 l. Respiciendũ. 7 ff. Ad turpi. l.i. §.i. Et hec vera si delicta habẽt certã penã a lege statutã Alias iudicis arbitrio imponitur: vt. ff. de effrac. l.i. §. Expilatores. De penis. l. Hodie. de offi. dele. c. de causis. Cnũ tñ no. q iudex pot penam a iure inflictam moderari ex causis: de quibus no. glo. in §. Notandũ ij. q. iij. vbi vide. An autẽ iudex facit litem suã si per iprudentiam: vel iniquitatem iudicet q̃uis appellari possit. no. ff. de appe l i. glo. i. 7 ibi Bar. 7 ff. De varijs 7 extra or. cogni l. fi. 7 ff de re iudi. l. Cum prola. 7 ibi Bar. Item si per iudicis negligentiam pars dãnificet: an parti lese teneat 7 faciat litẽ suã. no. in .c. Qm̃ côtra falsam. de proba. glo pe. 7 hen in c. Cum inter vos. de re iudi. Item si iudex male absoluit vel condemnauit 7 sic appellatum possit iudicari conuenire no. Bar. ff. de varijs 7 extra or. cogni l. fi.

¶ Iudex curie regis seu quiuis alius ordinarius: vel etiam delegatus ciuitatum vel locorum: vel iudex appellationis seu supplicationis dona aliqua. aurũ. argẽtum. pecunias. pannos. bestias. comestibilia: seu alia quecunq3 a litigãtibus: vel eorum nomine vllatenus erigant seu accipiant. Iudex vero contrarium faciens officium perdat aliusq3 vel alterius officij penitus fiat indignus. Et quod accepit cuz duplo restituat regis camere. Insuper arbitrarie: alias per regem puniatur secundum doni quod recepit quantitatem. Foro nouo regis Al. d' Alcala ti xx.l.i. Et eiusdem regis Segobie. l.i. 7 ij. Probatur autem iudicem dona recepisse per modum positum. infra. c. Pretores.

¶ Iudex curie Dona aliqua. Concor. cũ hac l. C. Ad l. iuli. repeten. lex cognitores An aũt iudex pôt a subditis munera recipere. no. glo. C. de iura calum. auct. Principales 7 ibi Cy. 7 in auct. De manda princi. §. Oportet. glo. Lucrum. 7 ff. de offi. presi. l. plebiscituz. 7 de rescriptis. c. Statutũ §. Insuper. li. vj. 7 notat glo. 7 doctores De vita 7 ho. cler. c. Cum ab omni: 7 de simonia. c. Et si questiones: 7 in Spec ti. de lega. §. i. v Sed quid si: 7 Bar. in .l. Lex iulia. ff. Ad. l. iuli. repeten. §. i. Et no. in auct. de iureiuran. quod prestatur ab his in glo.

¶ Iudices. auditores. pretores seu algazeli: vel tabelliones curie regis: vel aliarum ciuitatum villarum seu locorum regni. pecunias aliasq3 res: vel ius cancellarie vel alia indebita iura a litigantibus coram eis non exigant seu capiant. Côtra hoc autem facientes probatione conuicti vltra infamiam quam incurrunt officia perdant. Et quod extorquerunt seu acceperunt sicut fures cum septẽnis restituant. Cuius pene due accusatori partes. Due vero parti lese. Residue autem regis camere applicantur. Extẽditur etiam ista lex ad quoscunq3 officiales cuiuscũq3 sint conditionis: 7 ad alia q̃cũq3 officia curie regis seu aliarum ciuitatum 7 locorum. Ordi. peti. regis Jo. j. Birbiesca. peti. v.

¶ Iudices Indebita iura Quantum debet iudex leuare pro sportulis no. C. De litis contesta. auct. Offeratur: 7 in auct. De epi. 7 cle. §. Sancimus in glo. colla. vj. 7 c. Statutum §. Insuper in glo. li. vj. 7 glo in alle. c. Cum ab omni: vide infra. c. pe. Oportet ergo iudicem sine omni suffragio p̃e alijs omnibus mundas seruare deo 7 regi 7 legi manus 7 nullũ côtingere lucrum 7 cetera. Et in auct. De manda. prin. §. Oportet colla. iij. Vide que scripsi Foro legum libro ij titulo ij l ij.

¶ Itē nota: q̄ cū humiles hoīes opprimūtur a potētibus: ad officium boni rectoris pertinet: vt data eis q̄rela de predictis ex officio p̄cedat: cū tales per se iurare nō possunt: vel nō audēt no. in. l. Illicitas. De offi. presidis. Et no. Bar. in extrauagan. Ad reprimendaz.
¶ Itē no. q̄ iudex timēs ne i aliqua domo maleficiū cōmittatur: licite ⁊ ipune pōt ingredi ⁊ ingrere ne fiat ibi maleficia. vt. l. Ois seruit⁹. ⁊ ibi Bar. C. De aque duct. li. x.
¶ Itē no. q̄ vbicūq̄z iudex aliq̄d tenetur facere ex officio si nō faciat nō incidit in penam: nisi illud fieri sit petitum. Ideo requirit̄ petitio partis. ff. De dam. infec. l. iiij. §. Hoc autē. iudicia. ⁊ De magi. conueni. l. i. §. fi. secūdū Fran. de campo. ⁊ Jo. calde. in suis consilijs titu. De penis consilio iij. ¶ Itē no. q̄ si maleficiū in officio assessore presumit̄ ex impericia assessoris: vt. l. Qui iudices. De appella. Culpa tn̄ neglecti presumit̄ in iudice ⁊ non in potestate: nisi contrarium probetur. vt est casus singularis in. l. Diē finito. ff. De offi. assessoris. ¶ Item no. q̄ qui pecuniā recipit vt faciat id quod facere tenetur turpiter accepit: vt ē casus in l. fi. ff. De condi. ob turpem causam. Idem scdm Bar. ibi. Si quis habet debitorez solenē creditori soluere: nisi p̄tē debiti remittat. Quia tūc cū talis remissio nō fiat sponte potest creditor repetere q̄d remisit. Q̄d no.

¶ Iudex ecclesiasticus iurisdictionē secularis iudicis non perturbet: nec in bonis laicorum executiōem faciat. Nec eorum personas incarcerare presumat: sed ad talem executionē faciendā req̄rat ⁊ inuocet brachij secularis auxilium. Itē ecclesiasticus iudex nō citet laicos in capite ep̄atus vel archiepiscopatus ne laboribus ⁊ expēsis fatigētur. Ordi. regis io. ij. Burgis. peti. v. anno dn̄i. m. cccc. xxix. Et in anno. xxx. peti. xxxviij. cum sequenti.

castra sint sub imperatore: tamen molendina non sunt. Imperatorem. ff. De contra. emp. l. Sed celsus. Et vide glo notabilem circa hoc in dicto. c. i. Sed an in tali donatione generali veniant noualia publica que rumpuntur coluntur et possidentur a priuatis. Et videtur quod sic. Nam oia adiacentia cum omni iure suo videntur concessa: vt est tex. in. l. Si quando la primera. C. De bonis vacan. li. x. et l. In quibus. C. De fundis patri. li. xi. Et in tali generali priuilegio immobilia adherentia accedunt. ff. De le. iij. l. presidia. §. fi. et est tex. in. l. i. §. Cum vide. ff. de offi. prefec vr. et l. Princeps bona. ff. de verbo. sig. Sed contrarium est verum. Quia et si noualia que nunquam fuerint culta sint publica ciuitatis: non tamen sunt publice vsui deputata: vt theatra et stadia: vt est glo notabilis in. l. Inter publica. ff. De verbo. sig. Possunt ergo possideri et prescribi a priuatis etiam si essent principis: vt al. le. l. Iubemus. et dicta l. Quicunque desertum. C. De fundis patri. a fortiori si fuerunt a principe donata. Ea tamen que publico vsui sunt deputata vt campus marcius ciuitatis rome: et vie publice et alia regalia. De quibus in li. feu. ti. Que sunt regalia per totum. Non possunt a priuatis possideri nec prescribi: nec possunt alienari: vt alle. l. Sed celsus. Maxime si agricultores habent ex consuetudine legitime prescripta quod possunt talia noualia rumpere colere et liberaliter possidere. Nam cum talis consuetudo sit rationabilis et legitime prescripta equiparatur priuilegio concesso a principe ex certa sciencia: vt. c. Super quibusdam. §. preterea. De verbo. sig. Scripsi de hoc foro legum li. ij. ti. De prescripti. l. v. Vide tamen Bal. elegantissime pro et contra in alle. c. i. de capite. qui cu. ven. Est tamen notandum quod si princeps concedat castrum cum suo territorio in ea concessione non venit locus sterilis: nec vsus fluminis. Casus est singularis. C. de mancipijs. et colonis. l. i. li. xi.

¶ Item no. quod licet aliqui dicant quod vbi quis ex longissima consuetudine per tempus immemoriale non soluit collectas: quod possit se tueri ne grauetur in futurum contra antiquam consuetudinem. ar. l. i. C. de exactione et translatione militano. Quia videtur quod communitas perdit ius imponendi et collectas non petendo tanto tempore. ar. l. i. ff de nundinis. et. l. fi. C. de seruitu. Docto. tamen dicunt contrarium quod non debetur collecta: nisi a tempore quo fuit indicta. vt. l. i. C. de apoc. publi. Et ita aduersus futuram protestationem que nondum erat indita non potuit prescribere. ar. l. Cum notissimi. §. In his. C. De prescripti. xxx. an. Facit glo. i. l. In fraudem. C. de ano et tribu. Hoc tenet Io de pla. in alle. l. i in fi. C. de exac. et trans. mi ano.

f ¶ Prescribitur contra recuperatores iurium regalium si non petant nec liberent quod eis debetur infra annum suorum officiorum: vel infra duos annos post exinde nec possunt petere nec liberare. Ordi. regis Io. ij. madrid. peti. iiij. anno. m. cccc. xxxiij. alias peti. xij. Confirmatur per eundem regem madrid. anno. m. cccc. xxxv. pet. x.

g ¶ Prescribitur contra receptores votorum sancti iacobi et sancti milliani: si vota illa non petant infra tempus quo tertie decimarum regis sunt petende. Eadem ordi. peti. v.

¶ Pretores domus regis bone fame deum et regem: necnon et animas suas timentes deputentur. Iurare inquit regi tenentur quod aliquid contra ius facient. Debent itaque tales iuste et directe iudicare: et dona aliqua non accipere. Alias tanquam infames et periuri a curia eijciantur: et inhabiles ad eadem officia et ad alia: necnon et ad honores in domo regis se reddant. Insuper illius anni salaria restituant duplicata. Ordi. regis Alfon. Valiso. peti. ij. Et eiusdem ordi. regis madrid. peti. i. Et regis hen. i. Tauri. l. vij.

b ¶ Pretores duo sint in domo regis qui continue in curia resideant. Et iusticiam sint abiles ad exequendum personaliter que resideant in officijs. Ordina. Io. ij Guadal. l. i. anno. xxxvj.

¶ Isti quidem pretores curam habeant inquirendi contra transgressores ordinationum Segobie et puniendi culpabiles vt dicte ordinationes disponunt. Et habeant ad hoc potestatem procedendi simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij sola inspecta veritate omni appellatione nisi ad solum regem remota: vt ea. or. arti. ij.

c ¶ Duo pretores sint in domo regis et eorum quilibet duos habeat tabelliones qui processus et literas de foro et omnia q

cta conscribant: et alia iura non exigant pro scripturis que in ordinatione super hoc facta continetur. Regis Al. de madrid. peti. ij. Isti tamen tabelliones corā cancellario sunt presentandi: vt ipse eis officia cōcedat: et iuramentum in debita forma recipiat. Qui possunt hodie leuare iura duplicata. Ordi. regia hē. l. Tauri. l. xix.

d ¶ Pretores curie regis oēs concorditer scribant q̄ et quot sunt curie aduocati. Et hi qui expediūt in curia resideāt: alij vero a curia expellantur. Ordi. regia Alfonsi Madrid. peti. iij. et peti. lxxij. Et vide supra aduocatus. c.

e ¶ Pretores domus regie necnō et alij q̄cūq3 pretores seu iudices q̄ ab his q̄ ad suum veniunt iudicium seu examen dona aliqua accipiunt vel extorquent perdant officia: alia nullatenus habituri officia. Et quod acceperunt cū duplo pro regia camera restituant. Ordi. regis Al. Segobie. l. i. Probatio autem huiusmōi potest fieri per illorum iuramenta et testimonia qui dona iudicibus contulerunt. Licet quilibet in proprio facto deponat. Eorū saluo q̄ talia testis non recuperat ppter hocid quod dedit: nisi alias legitime probasset. Eadem ordi. l. ij. iij. et. iiij. Et foro nouo de Alcala ti. xx. l. ij. Et eiusdem regis Segobie. l. iij. Et ordi. regis hen. Tauri. l. v. et. vj. vide supra. Judex. h. vbi imponitur maior pena.

f ¶ Pretores. merini. iudices. vel algazeli in locis in quibus ordinariam habēt iurisdictiōem pranosia, tribuca. vectigalia seu iura regalia arrendare vel etiam emere non presumant. Ordi. regis Al. Legionis. peti. xij. vide infra. Tutor. et infra. Rectores. b. Concor. l. quater. de monetis q̄ icipit. Otros por razō ā si. q̄terni.

g ¶ Pretor loci ordinarius de vectigalibus seu redditibus et iuribus regalibus cognoscere debet. Nec sup his alius deputetur iudex a rege. Itē talis p̄tor non sit redditus seu rēte regia pticeps: sub pena priuationis officij. Pretor autem loci maiora nō exigat iura pro litibus causarū p̄oictarū q̄ corā eo pēdēt q̄3 pro alijs litibus corā eo pēdētibus. Ordi. peti. regis Al. de Alcala. peti. xxvij. Ordi. Jo. l. Sorie. peti. xij.

h ¶ Pretores ordinarij in regis curia sint octo. duo. s. castelle. et duo legionis. vnusq3 Toleti. et duo de stremaduris. et vnus de andaluzia. Sint etiā duo p̄tores ō rastro q̄ p seipsos rastri lites dirimāt. Pretores autem curie vt premittitur nō sint auditores vt liberius possent officia sua exercere. Et ne vnus duo officia habere p̄sumat. Pretores vero prouinciarū lites audiant criminales cū p̄toribus rastri. duobus idē diebus septimane. s. martis et veneris ad dirimēdū lites icarceratorū ad carceris domū ire tenētur. Si aūt cancelaria i regis curia vel vbi rex residet nō steterit: p̄tores p̄uinciarū tūc criminales causas sine rastri p̄toribus expedire possunt. Pretores quoq3 rastri dū cācellaria cū rege nō fuerit lites expediāt criminales cū pretoribus alijs q̄ ibi stare cōtigerit: alias ipsi soli hoc faciāt. Itē i regis curia vnus generosorū: et alter appellationū residere debent q̄ per seipsos officia sua exerceant. Nec aliquis iudex sit supplicationum nisi quē rex deputauerit ad audiendū causam ob quā specialiter supplicatur. Et talis iudex litteratos et aduocatos curie cōsulere tenetur: et causaz sibi cōmissā cū eorū cōsilio vel maioris ptis dirimat. Pretores vero prouinciarū q̄libet prouincie sibi decrete causas seu lites determinet. Si aūt cōtingat q̄ i regis curia pretor prouīcie castelle nō sit illius pucincie lites dirimat pretor de strematuris et ecōtra. Si vero legionis p̄tor defuerit illius defectu p̄tor castelle lites audiat: et eius defectu p̄tor de strematuris. Ubi autē i curia nō sunt p̄tores castelle et de strematuris audit legionē p̄tor: vnus n̄i pre

toria causa alter ptor non expediat: dum scit eu in curia residere vel stare: nec eius rescriptum sigilletur. Pretor vero cōtra faciens expensas parti soluat. ¶ Itē generosum ptor eorū lites et causas vt consueuit dirimat. et talis ptor sit generosus Et dum fuerit in curia alium loco sui nō ponat: et ab eo substitutus regis mandato ponatur. Oēs autē ptores de qbus p mittitur ad officia ydonei et sufficiētes existant. et quilibet eorum duos habeat tabelliones qui coram cancellario presētētur: et iurēt vt extitit ordinatum supra eo. Pretores. b. Quilibet itaqz horum ptorum quitationem seu salariu m. xv. mille morō. habeat annuatim. et soluātur vt dictum est de auditoribus supra. Auditor. a. h. Ordi. regis hen. i. Tauri. l. ij.

¶ Pretores rastri de causis que p appellationem ad auditores vel prouinciarū ptores deuoluūtur: seu de alijs pcessibus vel rescriptis se non valent intromittere: nisi tm̄ de his causis que ad rastrum pertinent. Ordi. regis Jo. i. Burgis. peti. xxxvj.

¶ Pretores. algazil. seu merini officia sua alijs locare seu arrendare nō valeat. qz si contrarium fecerint ipso facto illa pdunt. Conductores autem vel arrendatores si officija sic conductis vtātur vt psone priuate nulla habentes publica officia puniantur. Ordi. regis Jo. i. vallis. peti. iiij.

¶ Pretores duo generosorū quolibet āno vnusquisqz eorum per sex mensea in audientia resideat sub pena non residentium auditoruz. supra Auditor. h. Ordi. Jo. i. peti. de Briuiesca. peti. xij.

¶ Pretores prouinciarum curie regis residere tenētur eorū. iiij. per sex mēsea. alij vero. iiij. per alios sex mēses anni. Sub pena cōtra auditores nō residētes posita supra. Auditor. h. Et. iiij. pmi pretores sit vnus castelle: alius legionis: alius de strematuris: alius vero Toleti. Ceteri autē. iiij. secūdi ptores sint vnus castelle: alter legionis: et alius de strematuris: alter autē andaluzie. Ordi. peti. regis Jo. i. Briuiesca. peti. xiij. Cōfirmatur ista. l. per regem Jo. ij. Guadalfa. anno. xxxvj l. viij.

¶ Pretores domus regis auditores et alij ptores prouinciarū iurare tenentur qz feudum seu terram aut alia dona ab aliquo regni magnate nō accipiāt: nec ab aliquo consilio seu vniuersitate capitulo. Vel ab alijs quibuscūqz personis ecclesiasticis seu secularibus. Nec ab alio pretes. Nec accipiant seu habeant alias res que p leges regni eis prohibentur per se nec per alium directe nec indirecte. Sub pena mercedis regis: perditionisqz officiorum. Ordi. Jo. ij. Guadalfa. āno. xxxvj l. viij.

¶ Pretores rerū vetitaruz officia sua arrendatoribus dictarum rerū qz iurare tenentur in regis presentia vel sui consilij non arrendent nec cōmittāt. qz si fecerint pro pretoribus nō habeantur. Ordi. regis hen. iiij. Corduba. āno. lx. peti. xxxvj.

¶ Pretor rerū vetitarū salariuz habeat a rege. xij. mille morō. annuatim q debēt per regis computatores i loco certo liberari. Ordi. regis Jo. i. Guadalfa. l. xiiij.

¶ Pretor rerū vetitarū debet in premiū pro labore sui officij medietatem habere penarum seu calūniarum. aliā autez medietatem ipse pretor pro rege conseruare tenetur. Alius vero qui custos rerum vetitarum nō ē dictas res vetitas capiens tertiam ptē earuz sibi applicet. Regi autem per dictum pretorem due seruētur ptes. Non tm̄ propter hoc pmittitur imo prohibetur ne quis custodia vtatur rerū vetitaruz. Sub penis q ponuntur supra Custodes. c. Ordi. Jo. i. Guadal. l. xxij.

¶ Pretor rerum vetitarum circa penas iponēdas cōtra deliquētes cōtra res vetitas diligēter attēdat deliquētiuz psōas earumqz statum et cōditiōem: vt penā cō

dignã delicti q̃litate ĩspecta statu cõditione ꝛ ꝑe attentis iponat. Cuius arbitrio ꝛ discretioni oĩa cõmittũtur. ꝑter penas spẽaliter in ordinatiõe que super hoc loq̃tur appositas. Ordi. regia Jo. i. Gua dal. i. xxiij.

¶ Pretores rerũ vetitarum pactum cuꝫ locis regno extraneu ꝓpinquis: vt res vetitas extrahere possint minime facere ꝑsumãt. vide supra. Juoex. l.

¶ Pretores rerum vetitarum q̃liter exerceant officia sua per se vel per locum tenentes: vide supra. Extrahens.

¶ Pretores delas sacas si aliquod inferant grauamen correctores seu iusticie locorum vbi hoc cõtingerit possint de hoc per simplicem querelam seu per appellationem ꝛ per aliam quãcunqꝫ viaꝫ iuris cognoscere. Item vicini seu habitantes ĩ tali ciuitate villa vel loco nec sui familiares: vel continui cõmẽsales seu ad eos accessi non possint dictuꝫ pretorie officiuꝫ delas sacas tenere seu exercere in locis vbi dictus pretor delas sacas cognoscere debet. Excipitur tñ officium pretorie delas sacas archiepiscopatus hispalẽ. cum episcopatu calicis. Ordi. regis henri. iiij. madrid. Anno. m. cccc. lviij. peti. xvij.

¶ Pretores ciuitatum ꝛ locoruꝫ per seipsos nõ ꝑ substitutos deseruiãt in officijs: nisi legitimo ĩpedimẽto in casibus expressis a iure possint excusari. Idem de algazelis ꝛ merinis. Ordi. regis Jo. ij. Madrid. peti. xix. alias peti. xxxix.

Item pretores ciuitatuꝫ ꝛ locorum si literati sint: aut etiam salariati pro vidẽdo processus: seu pro proferendo sententias in causis q̃ corã eis vẽtilãtur nil a ptibus exigere: seu extorq̃re valẽt. Eadẽ ordi. de madrid. peti. xl.

¶ Pretores ciuitatuꝫ ꝛ locorum necnon ꝛ procuratores excusantur a guerra. vide supra. Aduocatus. b.

¶ Pretores curie a carcere liberẽt ĩsontes cum oĩm bonorum suorum restitutione. vide supra. Algazelus. a.

¶ Pretores merinorum detegãt regi eorum maleficia: vide supra. Merinus. f.

¶ Pretores adelantati in officio deliquẽtes puniũtur: vide supra. Adelãtatus. a.

¶ Pretores adelantati quot debent esse ꝛ quales: vide supra. Adelantatus. b.

¶ Pretores regis vel eorum locũ tenentes occidẽs vel mutilãs punitur: vt supra Consilium. i. ꝛ supra. Occidẽs. b. g.

¶ Pretor propter algazeli desidiã mandatum suuꝫ exeq̃tur: vide supra. Algazelus. K.

¶ Pretores cirurgicoruꝫ medicoruꝫ vel aliorum officiorum suspẽduntur. vide supra. Officis. f.

¶ Pretores vel algazelos merinos vel aĩos ciuitatum vel locoruꝫ officiales occidẽs vulnerãs seu ĩpediens in iusticie executione punitur: vt supra. Judex. c. ꝛ supra. Occidens. b.

¶ Pretor q̃ntũ debet pro actis processus vel sententia proferẽda exigere. vide supra. Judex. p.

¶ Pretores regni iusticiã exequãtur: alias de suo resarcient: vide supra. Judex. g

¶ Pretor curie regis non sit aduocatus vide supra. Aduocatus. f.

¶ Pretores prouinciarum ꝛ auditores sint de consilio regis. vide supra. Consilium. cc.

¶ Pretores arrendare non possũt: vide supra. Officiales. n. c.

¶ Pretor rerũ vetitarũ inquirere potest super rebus vetitis: vide supra. Equus. g. ꝛ supra. Extrahens. h. ꝛ supra. Inquisitio. d. e.

¶ Pretor loci aduocatus non sit cause q̃ corã eo vẽtilatur vide supra. aduocatus. d

¶ Pretores meste seu pastorũ nõ possũt vltra. xvj. leucas citare. vide supra. Citatio. h.

¶ Pretor mandata auditorum nõ adimplens punitur: vt supra. Officialis. f.

¶ Pretor rerũ vetitaruꝫ auxilium petẽs

re põt: et cũ impedientes punire, vide supra. Custos.e.

¶ Pretor seu iudex bõa arrẽdatoris nõ vẽdẽs p debitis regis punitur: vt supra. Iudex.r.

¶ Pretores audiẽtie regis. auditores. in dices et officiales sunt deũ timẽtes. vide supra. Audientia.b.

¶ Pretorum tabellionũ seu rectorũ locorum officia vltra numerũ limitatũ nõ augeantur: vide supra. Numerus.a.

¶ Priuilegiũ vel cõsuetudo de nõ dandis nauigijs et galeis: et de nõ soluẽdo fossadera specialiter in palencia et mayorga seruetur. Ordi. regis Al. in Madrid peti. l. cũ peti. sequẽ. vide supra. Nauigiũ. Cõfirmatur priuilegia ciuitatũ et locorũ quibus cauetur q rectores et iusticia eligãt rectores. tabelliones. iuratos. fideles. et alia officia de q̃bus ciuitates prouidere consueuerũt: nõ tñ possũt puidere de officijs ptorũ. algazelorũ. merinorum: de q̃bus rex prouidere cõsueuit. Ordi. regis Io. ij. Madrid. anno. m. cccc. xxxv. peti. iiij. Confirmatur p regẽ hen. iiij. Tolen. anno. m. cccc. lxij. peti. xx. vide supra. Officia. R.

¶ Priuilegia generosorũ in locis dominij sũt obseruãda. vide supra. Generosus.d.

¶ Priuilegiũ officialiũ regis. vide supra Exemptus.d.

¶ Priuilegiũ cõtra merinos ne exerceãt officiũ suũ in locis merinitatis: nisi solũ ptores valet. Eadẽ ordi. peti. lxxvij. s. regis Al. in Madrid.

¶ Priuilegia cõcessa ciuitatibus et villis signanter cõsilio dela mesta vt sua bona seu greges nõ ipediãtur: seqstrentur seu pignorẽtur: seu executionez patiãtur pro debitis aliorũ cõsiliorũ seu locorum vbi cõmorãtur obseruẽtur: nisi tñ pro debitis pprijs: vel i q̃bus fideiussores existũt Ordi. regis hen. iiij. Tolen. anno. m. cccc. lxij. peti. xvij.

¶ Priuilegia exemptionum seu libertatũ aliquibus cõcessa personis vt nõ sint patronatores seu collectores tutores seu curatores reuocantur. vide supra. Exẽptus.a.

¶ Priuilegia iudeorũ q̃bus cauetur: q ipsi nõ teneãtur noiare actorez de rebus furti vel hoc apud eos inuẽtis: nec q pp hoc aliquã penã patiantur. Siue etiam q eorũ iuramẽto credatur reuocãtur Ordi. regis Io. i. vallid. peti. xiij. Et vide supra. Iudeus.y.

¶ Priuilegia ciuitatibus vel villis concessa sup aliq̃bus exemptis vel excusatis monetarum vel petitorũ seruanda sunt. Ordi. regis Io. ij. in palenguela. l. ix. anno. xxv.

¶ Priuilegia seruanda sũt. Sed si priuilegiuz est concessum ex causa onerosa de futuro implenda reuocari non potest illa causa impleta no. Bal in l. Si cum. ff. De dolo. et in l. Omes populi in recollectis quod ẽ singulare dictum Item talia priuilegia de quibus in hac l. et in l. Infra. proxima Sunt preterea. perdunt̃ cũ per non vsum a tempore cõcessionis vsq3 ad tempus. xxx annorum vt. ij. parti ti. xviij. l. lxij. Concor quod no hen in. c. Cum accessissent. de consti. Ubi vide plene per eũ et per doc. in. l. Falso. C. De diuer rescrip. ¶ Itẽ no. q vbi priuilegium est concessum fauore persone vnico actu perdit̃. Secus si fauore ecclesie vel religionis. vt no Innocen in c. Cũ accessissent. De consti. Et idem eciã si fauore militie. De excusa. tu. l. Uoluntarie. per Cynũ et Bal. in alle. c. Cum accessissent.

¶ Incidenter circa priuilegia no. q pupillus prodigus et furiosus eisdem priuilegijs potiũtur: vt allegãter no. glo. in. l. ij. C. de cura furio Que dicat oĩa priuilegia cõpetẽtia pupillo competere prodigo cui bonis est interdictũ et furioso Et alibi nõ reperit̃ similis glo. i priuilegijs: põt tñ iuuari in simili id quod no. C. de fideicomis. l. Marcellus. et ff de condi. ide. l. Interdũ in si. magne glo no. Bal. i l. i. feu. rubrica de beneficio fratris. c. i.

¶ Priuilegia aliq̃bus cõcessa personis ne soluãt peoagia portica vel alias ipositiões seu tributa in q̃buscũq3 locis per q̃ trãseũt vel degũt seruẽtur ab oibus in

his que seruanda sunt. Eadē ordi. peti. xij.

¶ Priuilegia ciuitatū et villarū seruētur vt sunt iurata et cōcessa. Ordi. regis Jo. ij. Madrid. peti. iij. Anno. m. cccc. xxxiij. Alias peti. xj.

¶ Priuilegia. Seruētur. Pōt tñ princeps tollere et moderare priuilegia per se data: vt. c. fi. De sen. exco. li. vj. et c. Ne aliq̄ De priuile. c. li. Et sic regula illa decet ocessū. De re. iu. li. vj. Nō hz locū i ipso pncipe: vt ibi no. Jo. an. et glo. fi. in c. Clericis. De imuni. eccle. c. li. Itē no. q̄ plus opat̄ cōcessio pricipis p modū legis generalis q̄ p modū priuilegij vel rescripti impetrati. Si ergo princeps reuocat priuilegia oīb⁹ cōcessa intelligit̄ de priuilegijs ad postulatiōem cōcessis et nō de cōcessis per legē generalē. vt. l. Uacatis et ibi glo. C. De decurio. Et Jo. de pla. in. l. Eis quidem. C. Qui mili. pos sunt li. xij.

¶ Nulla dentur priuilegia officialibus seu baiulis ciuitatū vel locorū vt aliqua gaudeant exemptione. Nisi salariū vel ratione a rege habuerint. vel nisi sint collocati seu saluati in q̄ternis monetarū. Pragma. sanc. regis Jo. ij. Palencie. anno dñi. m. cccc. xxxj.

¶ Nulla dent̄. Et no. q̄ rescripta cōcedentia imunitatē sunt cassa: nec valēt etiā si de consensu decurionū vel curie sunt concessa. vt. l. Uacuatis. C. de decurio. Qd̄ ad contra rusticos qui prestant imunitatē suo fabro qd̄ nō possunt: vt ibi no. glo. De hoc vide Spec. ti. De censib⁹. § fi. Itē no. q̄ priuilegia nō extendūtur ad locū tenētē. l. Unica. C. Quibus muneribus excusant. bi q̄ post militiam li. x. nec extēdūt̄ rescripta seu priuilegia generalia adid qd̄ spēaliter ē cōcessum no. in. l. Neminem. C. de sacro sanc. ecclesijs.

¶ Priuilegia per regez alicui cōcessa de iure et hereditate vel ad vitam: seu annuatim debent infra annum in libris regis collocari. vide supra. Donatio. d.

¶ Priuilegia non cōfirmētur nisi originalia ostendantur. Vide supra. Confirmatio. b.

¶ Priuilegia quibus vsura permittitur reuocantur. vide infra. Usura.

¶ Priuilegia ordinum circa morientes ab intestato: vel circa legata incerta reuocantur. vide infra. Rescriptum. c.

¶ Priuilegia iudeorū q̄bus cauetur vt sup q̄titate pignoris suo iuramento credatur reuocantur. vide supra. Judeus. y.

¶ Priuilegia ecclesiarū a laicis sunt obseruanda. vide supra. Ecclesia. a.

¶ Priuilegiata cōsilia ne soluant monetas seu petitum ostendere tenētur priuilegia originalia titulos seu alia iura q̄ habent intra. xl. dies coram cōputatoribus a tempore quo fuerit regis mandato preconizatum i capite archiepiscopatus seu merinitatis. Postq̄ȝ tale preconium fuerit factum per. ix. dies iugiter cōmune. q̄ si infra dictos. xl. dies titulos seu priuilegia sua non ostendant illis amplius non gaudebunt. Ordi. regis hen. iiij. Toleti. anno. m. cccc. lxij. peti. xlvj. Idem iuris ē de his personis q̄ pretendunt ius habere ad exigendum petitum: seu monetas i aliquibus locis. vt ibi.

¶ Priuilegia et rescripta libertatis ciuitatum villarum et locorum regni p̄cepit rex hen. iiij. in curijs Cordube. anno. xv. Qd̄ ostēderētur cō certatoribus p regem deputatis Et q̄ cōfirmarentur in forma solita: vt in tempore patris sui. vt dicta ordi. peti. i.

¶ Priuilegijs studij salamā. nō gaudēt studentes partialitatem sequentes. vide infra. Studentes.

¶ Priuilegia villis et castris frontarijs concessa solum intelliguntur q̄ operētur et extendantur in his ad que extendūtur et operantur priuilegia de Tarifa et de antiquera. Ordi. hen. iiij. Toleti. anno. m. cccc. lxij. peti. xv. Et hoc quo ad malefactores seu delinquētes qui per annum resiđēt in dictis castris frontarie. Et p dicta voluit priuilegia tueri et a delictis et iusticia defendi.

¶ Priuilegia et rescripta vt nō mittatur vinum in ciuitatibus vel locis obseruentur. Vide infra. Uinum.

¶ Priuilegiati vel exēpti licet excusētur

a tributis ⁊ peti regis ⁊ cōsilij: nō tñ eorū domestici. vide supra. Exemptus.

¶ Priuilegiati seu excusati solū a mone‑ tis sūt exēpti. vide supra. Exēptus. b. c. d.

¶ Primogeniti donatariorū regis hen‑ rici. i. qui sunt legitimi habent pro maio ratu seu primogenitura donatiões ⁊ mer cedes factas a dicto rege parētibus suis vt continetur in clausula testamenti dicti regis que incipit. Por razon ⁊ cetera.

¶ Probare debent simul actor ⁊ reus postq̃ reus in termino exceptionum de quo supra. Exceptio. a. suas defensiones opposuit. Si vero reus exceptionem pre iudicialem vel peremptoriā non opposu erit donec attestationes publicentur eis publicatis exceptionem illam minime p bare poterit: nisi per cōtractū vel p ṗtis confessionē. Foro nouo de Alcala. ti. x. l. i.

¶ Probare Actor ⁊ reus. No. q̃ licet regulari ter actor debeat intentiōem suam pbare Quia eo nō probante reus debet: ⁊ si nihil presite‑ rit opponere. vt. l. Qui accusare. C. De eden. ij. q. v. §. i. extra. vt ecclesia bene. c. i. De caus‑ sa posse. ⁊ propter e. Cū ecclesia arcu si. Qui‑ de tñ sunt q̃ transferūt onꝰ pbādi in reū: vt late no. Spec. titu. de probati. §. probare. v. Nūc ad ppositū. Est tñ notandū q̃ vbi vter‑ q̃ actor ⁊ reus vult sup suis articulis in cau‑ sa testes producere. Primo debet actor pbare q̃ reus Quia actor prior ē in oībus iuxta regulā Qui prior appellat prior agat secundum na‑ turam. C. Ad l. corne. de fal. l. Ubi ⁊ l. fi. Et h̃ ista opinio approbet de iure per Azo ⁊ per Spec. in dicto. §. probare. v. Sed vbi tñ p. l. istam probat q̃ debent simul pbare. Et sic de consuetudine iudiciorum actor ⁊ reus vtunt communibus dilationibus vt. C. De in inte. resti. l. petende. Et approbat per hanc. l. opi‑ nio vber. de bo. Quā Spec. vbi supra repro bare videt. Et confirmat hoc per regulam. Non licet actori. extra. De regu. iu. li. vj. cum ibi notatis per Dy. ⁊ Jo. an. In termino.

¶ Item nota q̃ de iure probatio sine dilatiōe valet: vt notat Bar. in. l. In pecuniarijs. ff. de ferijs per l. In crimine. ff. de adulte. vbi plene hoc dicit: ⁊ tangit in l. i. C. de dilati. ¶ Item nota q̃ si statutio termini est nulla vel non da ta valet pbatio absq̃ dilatione: vt ibi no. Ja‑ cidenter no. q̃ potest melius probari per te‑ stes vicinos: vt in li. feu. rubrica. De pace te‑ nēda. l. i. §. Si tres ⁊ l. i. §. fi. ff. De flumi. q̃ viciniꝰ talis presumit veritatem scire visu. C. Ubi de crimine agi oportet. l. i. Quia presētia est obiectum visus. notat Bal. in allega. §. Si tres.

¶ Sed pone q̃ iudex statuit parti terminū ad producendum testes ⁊ instrumenta. An vltra terminum producet. Ja. de are. dicit. An parti aduerse nil deperit: quia pars aduersa haber probationes contra instrumenta: ⁊ testes lap so termino sicut eo pendente ⁊ admittitur. Ali as non: vt hic refert Cy. in. l. Si eo. in fi. C. q̃ accusa. non pos. Et ibi tangit per glo. ⁊ l. Iu‑ dices. C. de iudi. ⁊ tangit per Dy. in. c. Indul tum. de regu. iu. li. vj. Sed in. c. Pastoralis. de excepti. tenet q̃ non potest producere: nisi iu ret ad se de nouo peruenisse. Et no. in. c. Cum dilectus. de fide instru. Et hoc firmat Bar. i. l. Mancipiorum. ff. de albi. lega. Item nota q̃ terminus statutus a iudice in dubio intelligi‑ tur peremptorius: licet non sit dictum: vt i d‑ cta. l. Mancipiorum. Et eo ipso q̃ iudex in ter mino ponit cōminationē: alias post terminū non audiemus habet vim peremptorij: vt ibi ⁊ l. Ad peremptorium cum. l. se. ⁊ l. Nonnun q̃. ff. de iudi. Et no. Bar. in. l. Si finita. §. Juli anus. ff. de dam. infec. ¶ Item no. q̃ semper a gens debet probare intentionem suam cōclu‑ denter ⁊ clare: vt no. ff. de nego. ges. l. Pōpo. scribit. Et sicut causa est concludenda ⁊ pban da: vt no. Innocen. extra. de priuile. c. Ex par‑ te abbatisse Ita ⁊ reo vt. ff. de rei ven. l. Si in rem agat aliquis notat Bal. in li. feu. rubrica. De vasallo qui contra constitutionem lota‑ rij. c. i.

¶ Probare volens testium contradicti‑ ones per testes vltra marinos maiorem dilationem habere non debet q̃. xx. die‑ rū ad producenda ipsorum dicta. Judex tamen poterit terminum illum arbitrarie moderare. Dilatio tamen ista dāda non est nisi prius q̃ ad. xxx. dies dictam dilati onem petens probet testes illos presētes in loco fuisse tempore quo factuz dicitur contingisse. Foro nouo de Alcala. ti. x. l. iij.

¶ Probare debet actor lite per reum cō

testata si reus peremptorie vel piudicialiter nõ excipiat. saluũ tamen remanet reo etiam post interlocutoriam infra. xx. dies qui ad excipiendum dantur: vel post cum iuramẽto: vt supra. Exceptio. a. Exceptiones peremptorias seu preiudiciales opponere. Quibus oppositis actori octo dierum terminus ad respondenduz assignetur. Idem si reus die qua litez cõtestatur exceptiones opponit. Quia tũc etiam actori perẽptorius assignatur. viij dierum terminus ad respondenduz: vt p mittitur responsione sicut dictum est per actorem facta illico iuramentum de calũnia a partibus recipiatur: nec tunc debet terminus ad respondendum assignari. Idem si reus die qua litem cõtestatur exceptiones opponit. Quia tunc etiaz actori peremptorius assignatur. viij. dierum terminus ad respondendum: vt premittitur. Responsione sic vt dictum est per actorem facta illico iuramentum de calũnia a partibus recipiatur. Nec tunc debet terminus ad replicandum reo assignari cum impositionibus quas contra actorẽ ponet dicere poterit ꝛ declarare ad excludendum actoris responsionem. Ordi. regis Jo. i. Bruiesca. l. xxvj. vide huiusmodi legis partes supra. Positiones. a. ꝛ infra. Testes.

¶ probare debet. De probatione autem negatiue no ꝙ licet regulariter affirmanti ꝛ nõ neganti incũbit onus probandi: vt. C. De probati. l. Actor ꝛ. ff. e. ti. l. ij. Et late per Innocẽ. in. c. Super his. De accusatio. Lz si negatiua fundat intentionem alicuius asserens negatiuam debet illam probare. vt si dico te non audiendum quia non soluisti gabellam ꝛ cę. Asserens talem negatiuã debet illam probare vt. l. Si quis. C. de susdacensibus: ꝛ ibi late p Jo de pla.

¶ Probatio eorum qui extorquẽtur a ptoribus fit: vt supra. Pretores. d.

¶ Petens dilationem ad producendos testes vltra marinos: vel extra regnũ habebit dilationem: de qua supra. Dilatio. a.

¶ Probatur cõtractus vsurarius: ꝛ quẽ vsurarium esse: vt infra. Usura.

¶ Probatur prescriptio contra regez p tempora. De quibus vide supra. Prescriptio. d.

¶ Probat xpianus contra iudeum p testimonium christianorum. vide ĩfra. Testimonium.

¶ Processus in quo aliqua deficiunt de solemnitatibus vel substantialibus ordinis iudicij: vt videlicet si actio non sit in scriptis posita: dum tamen appareat in processu scripta: ꝛ licet in actione petitio deficiat: vel aliqua desint de his que erãt de solemnitate ꝛ substantia ordinis iudicij. Uel si iuramentum de calumnia minime fuit prestituz. Etiaz si per partes vel aliquam earum fuit petitum. Et si deficiant ea que sunt de solemnitate ꝛ substantia ordinis iudicij: dum tamen in actione contineatur id quod actor petere intẽdit Et veritas cause sit in processu probata vt certa sententia possint pronũciari valet. Et iudex non debet propter hoc processum annullare. Sed secundum veritatem in processu probatam sententiam debet pronunciare. Si tamen reus a principio citatus petat vt actio in scriptis conatur: hoc pendet ex iudicis arbitrio: an expediat vel non. Foro nouo de Alcala ti. xij. l. i.

¶ Item in his in quibus iudicij substantia obmittitur: vel si pars petat vt iuris ordo seruetur ꝛ non fiat. Uel si iuramentum de calumnia bis petitum non pstetur annullatur processus. Iudex vero in expensis condemnatur. Ordi. regis Al. Segobie. l. xxij.

¶ processus Ordinis iudiciarii. Non intelligo ꝙ ille ordo iuris debet obmitti sine quo non potest iudicium expediri. Nam propter hoc illa que sunt de esse iudicij nõ possunt obmitti: vt plene notat Archidia. in c. Indemnitatibus. De electi. li. vj. Acta ergo litis sine causa: vt defensiones. probationes. attestatio

nea: vel confessionẽs si tollãt non valz quod agit. Idẽ õ his q̃ factũ respiciunt: vt Archi. vbi supra. Et notat Innocen. ⁊ Hosti in c. Causãqз. De testib⁹. Id eñi qđ ẽ de substãtia iuris si obmittat pcess⁹ nõ valz. Si vero nõ ẽ de substãtia: ve i exẽplis hic positis valz hoc cõcludit glo in. c. Cũ dilecta. de purga cano. Et ij. q. i. in sũma. Et Archi in. c. i. de accusa. li. vj. i fi. ⁊ Cy. in. l. Prolatã. C. de sen. ⁊ inter. oim iudi. Qui distinguit: q̃ aut subuertit aut pretertit solẽnitas: vt q̃ deficit scriptura vel lo c⁹ cõpetẽtis tribunalis vel his similia: tuc nul lus ẽ processus seu sentẽtia: ve. l. Cũ sẽtẽtia. C. de sen. ⁊ iter o iu. Aut preterit ipsa substãtia vt q̃ deficit petitio. vel litis cõtestatio. vel in sententia deficit vbũ cõdẽno: vel absoluo. Et tũc ide vt ff. De re iudi. l. i. Aut subuertit or do iudicarius vt offerat libell⁹ ⁊ lis cõtestet ⁊ iuret de calũnia. ⁊ depositiones testiũ scri bãt publicet ⁊ ce. tunc si hoc puertit non va let pcessus. vt no. glo. i dicta. l. Prolatã. Aut subuertit ordo causaz vel actionũ: ⁊ tunc sẽ tẽtia valz licz ab ea sit appellãduz: ve. l. i. C. de appe. vbi no. Aut subuertit iustitia: ⁊ tũc si sẽtẽtia ẽ lata contra ius legis. vel contra ius litigatoris. Secus qđ no. in. l. ij. C. Qñ puo. non ẽ nece. ⁊ i c. Cuz iter. De re iudi. De hoc no. i c. Exhibita. De iudi. Est etiã notãduz q̃ licz p hãc. l. non seruẽtur iuris ciuilis solẽni tates. Ea tñ q̃ sunt de iure naturali ⁊ gẽtiuz te neãtur: ve explificat Bar. in. l. Filiusfami ff. De donat. Et no. glo. i cle Sepe De ver sig. q̃ icipit. Defensiones. Qñ autẽ sẽtẽtia ẽ nulla ratione pcess⁹. Vide ad plenuz Spec. ti. De sẽ tẽtia. §. Iuxta ý. Itẽ ẽ nulla ratione pcessus. Est tñ notãduz q̃ ista. l. duplicẽ habz intelle ctum. vt practicat pum⁹ q̃ habeat locuz qñ pars non opposuit nullitatẽ contra pcessum: sz iudex ex officio pcedit examinãdo. q̃ tunc non debet ãnullari processus probata verita te: q̃ itellectus fundatur p. l. Quãuis. Et ibi p Cy. C. Ad. l. iuli. De adulte vbi post conclu sionẽ cause ⁊ renunciationẽ p ptes totum pen det ex officio iudicis: quod fiendum restat. Se cund⁹ itellectus ẽ qñ defectus apparẽs non ẽ de substantia libelli: vel ordinis substantialis iudicij. Nam quando ad esse alicuius act⁹ re quiruntur aliqua de necessitate substantialia si deficiant non valet actus: ve. l. Forma. ff. de censi. ⁊ l. Si in rem ff. De rei vendi. ⁊. l. fi. ff. õ liberi. ag. Si tñ pars petat de iuris ordo serue tur ⁊ non fiat non valz process⁹ vt ifra. l. pro xima. Itẽ non obstat qđ no. Inno. i. c. Exami nata. De iudi. vbi sufficit ictio apta ⁊ ce. q̃ il lud non itelligitur de formula q̃ est actio: sz de supuacua solẽnitate. õ q̃ ista. l. itelligitur. hoc no. bal in. l. Et sine scriptura. C. Ad trebelli. Itẽ est huiusmodi ratio q̃ i his q̃ iudici con stat tãq̃ iudici potest supplere: ⁊ ei⁹ officium conq̃rat. vt no in. c. Bone i. de electi. Et sup plet ea quib⁹ obmissis non valet process⁹ de libelli obla. c. i. de liti. cõtesta. c. i. Cauere etiã debet iudex ne sibi illudatur. ff. de iudi. l. Si p̃s tor. Et ne cinnanuz ptes vexentur. de offi. dele. c. Super q̃stionuz. §. porro ad si. no. glo. in. c. Cupientes. §. Ceterum in fi. de electi. li. vj. Ut de infra. Sententia.

¶ Processus tire vel mẽbrane. cccc. ptes dominus cõtineat. vide ĩfra. Tabellio. h.

¶ Processus relatio in regis audiẽtia q̃ liter fiat. Vide infra. Relatio.

¶ Processio clericorũ q̃liter fiat in recep tione regis uel regine: vide supra. Cleri cus. g.

¶ Procurator fiscalis per regem in sua curia deputetur talis q̃ suo expediat ser cio. Ordi. peti. Io. i. Briuiesca. peti. xv.

¶ Procurator. fiscalis. No. q̃ castald⁹ est is cui res dñi gubernanda mãdatur: vt. l. Iubē mus in pun. C. de sacro sanc. eccle. Uillic⁹ aũ tem dicitur custos ville. f. qui fructib⁹ perci piendis custos iponitur ff. de insti. l. Si cum uillico. no. Bal. in li. feu ti. de feudo. guardie. §. Si uero.

¶ Item no. q̃ si populus constituit procura torez ad utilitatez potestatis q̃ non valet con stitutio: ut. l. Et qi. ff. de insti. om. iu. allegat Bal. l. i. §. Non soluz. ff. Qñ appellãdum sit.

¶ Procurator fiscalis loco sui non po test plures q̃z vnum deputare qui offici non habet exercicium: donec coram audi toribus presentetur ⁊ recipiatur ⁊ iuret. Pragma. sanc. regis Io. ij.

¶ Procurator fiscalis nõ accuset nec de nunciet nisi prius delatorem dederit. Ui de supra. Fiscalis procurator. a.

¶ Procuratore litem pro domino nõ cõ testante dominus non restituitur. Uide supra. Contestatio. a.

¶ procurator Non contestante. Et circa hoc
no q si procurator generalis egit calumniosam
litē ꝛ succubuit ꝛ sic delinqt ipse coēnabil' i
expensis non dñs. Quia dñs hoc mādasse nō
videt': nisi spēaliter mandasset. vt l. Si procu
rator. ff. De condi. inde. Et ē casus in l. Nō ē
ignotū. C. De dom. tu. Et vide late Jo. ð pla.
in l. fi. C. De epscō. ꝛ translati. mili. ano. i fi.

¶ Procuratoribus ciuitatum ꝛ villarū
cū congregantur in curijs dentur hospi-
cia. vide supra. Hospicia. c.

¶ Procurator vel nuncius ciuitatis vel
ville qui regis mādato ad curiaz pergit
pro consilij debito in curia pignorari nō
valet. pro suo autem proprio debito pig
norari potest. Ordi. regis hen. ij. Corde-
sillas. peti. viij. Confirmatur per regem
hen. iiij. Toleti. anno. lxij. peti. xij.

¶ Procuratores qui mittendi sūt ad cu-
rias quas rex celebrauerit non sint labo
ratores nec sermeri: sed sint honorabiles
ꝛ ydonei: quos qlibet ciuitas ꝛ villa libe
re nominet ꝛ eligat. Et duos dūtaxat p-
curatores quelibet ciuitas seu villa mit-
tat. Ordi. Jo. ij. Burgis. peti. xiij. anno
xxx.

¶ Ciuitates ville seu alia loca regni ha
beant liberā facultatem eligendi ꝛ mittē-
di procuratores ad curiam cū vocantur
per regē ad curias. Rex autē regina seu
alius quicūqz nō se intromittat ad vocā
dū nominando certas personas vt eligā
tur procuratores ꝛ mittantur. Et si aliqs
tales litteras regis duxerit: ipso facto p-
dat officium quod in ciuitate villa vel lo
co habuerit. Et perpetuo priuetur ab of
ficio talis procurationis: vt dicte ciuita-
tes seu loca libere mittant suos procura-
tores. Si tamen aliqua procuratio vene
rit in discordiam cognitio huiusmodi pti
net ad regem. Ordi. regis Jo. ij. vallid.
anno. m. cccc. xlij. peti. xiij. Confirmatur
ista l. per regem hen. iiij. in curijs Cordu
be. anno. m. cccc. lv. peti. xj.
Cōfirmatur per eūdē regē hen. iiij. To
leti. anno. m. cccc. lxij. peti. xxvij.
Item cōfirmatur per dictū regē hen. iiij
Madrid anno. m. cccc. lviij. peti. xj. Et
addit q si rex in contrarium rescriptum
seu litteram mittat non adimpleatur. Et
cuz dicti procuratores venerint procura
tionem suam coram rege ostendant. Et
postea coraz alijs regni procuratoribus
vt cognoscatur ꝛ notū sit oībus ꝛ cetera.

¶ Proditoris omnia bona regis camere
applicātur. Suū quoqz corpus sit ad re
gis libitū. Ordi. regis De penis Sego
bie. l. xj.

¶ Proditionis maior casus ē qui psonā
regis tangit. vt si quis laboret regē cape
re: vel eū percutiat: vel īcarceret: seu gra
uiter dehonestet cuz regis vxore: seu filiā
nō cōiugata carnaliter cōmiscēdo. Jdē
si laborat vt rex honorem sue regalis di
gnitatis perdat. Hoc idem si quis vt p-
mittitur delinq̄rit contra infantem regni
heredem: nisi forte ipse infans velit regez
percutere: incarcerare: vel a regno exhe-
redare. Tunc enim quicquid cōtra eum
regis vasallus fecerit erit impunibile. qz
regis dominū super oīa conseruari de-
bet. Secundus casus est si quis ad inimi
cos regis se transferat ad bellandum: vel
alia damna faciendū contra regē vel re-
gnum: seu regis inimicis auxiliū ð facto
vel consilio impendat. vel eos ī regis seu
patrie damnum auiset. Tertio si quis fa
ciat vel consulat q aliqua gens vel pa-
tria contra suum regem rebellis existat.
Quarto si quis impedit ne alius rex vel
dominus tributum regi soluat seu det.
Quinto si tenens pro rege villam vel for
talicium se cum illo rebellat: vel inimicis
illud tradit: vel fraude seu culpa eius p er
didit. Sexto si tenens castrum vel vil-
lam a rege vel alio domino cum oma-
gio vel fidelitate non tradit illam do-
mino Quandocunqz dominus eam pe-
tit. Vel si in eius defensione non moritur
seu nō tenet castruz fulcatū. Et si alia nō

faciat pro eius defensione q̄ requiruntur scđm forū ⁊ consuetudinē hyspanie. Idē si tradat ciuitatē villā vel castrū regis. etiam si ꝓ rege illud nō teneat. ¶ Septimo si quis regē in prelio deserat: vel si fugiat: vel ad inimicos se trāsferat: vel qualitercunq; a prelio sine regis mandato ante tempus seruicij recedat. Idē si quis reuelauerit inimicis regis eius secreta in ipsius damnū. ¶ Octauo si quis in regno scandalū seu tumultū faciat iuramenta ⁊ colligationes prestando seu confraternitates militū vel villarū contra regē faciendo. vt regi vel regno damnū oriri possit. ¶ Nono si quis sine regis mandato castrū vetus vel rupem fortē populet et reficiat ad regis damnū: vel si vsq; ad. xxx. dies a die populationis numerādos id regi nō notificet vt de eo ad libitum faciat. Istā quicunq; tale fecerit vel populauerit fortalicium: etiā si non sit populatū tenetur regi respondere sicut si pro eo omagiū fecisset: qđ si nō faceret proditionis maculā incurreret. Idem si quis occideret vel liberaret seu fugere faceret ab obstagio in co existentes: qui dicuntur arrehenes q̄ stant ob causam vt regis corpus vel status seruetur vel vt recuperet villā vel castrū dominij vel vassallicij in alio regno. Idem si rex teneret aliquē captū cuius liberatio in periculū corporis vel exheredationis regis redundare possit: ⁊ aliquis liberat eū a captione vel cū eo fugit. Quicunq; aūt alia q̄ supradicta sunt cōmitteret contra quēcunq; dn̄m cū quo viueret alleuosiā faceret manifestā. Si tn̄ cum occiderit percusserit ceperit seu zelotipauerit vel castrū suū ei nō tradiderit: vel suā ciuitatē seu castrum alij tradat: licet pro dn̄o nō teneat proditionē cōmittit: ⁊ talis mortis sicut proditor pena plectendus est: et oīa bona perdit. Nō tn̄ hic error tā grauis reputatur: sicut proditio q̄ contra regē vel suū dominū seu contra rēpublicā fit: nec in tali casu proditionis macula ad lineā venit proditoris sicut in regis vel regni proditione. Foro nouo regis All. de alcala. ti. xxxij. l. ij. Traycion.

¶ Proditionis ista. l. habet ortū. a. vij. parti. ti. ij. l. i. Ubi ponunt̄ hij casus ⁊ alij: ⁊ vide qđ ego scripsi foro legū ti. i. li. i. l. ij. ⁊ li. iiij. ti. iiij. l. xx. ⁊ ti. xix. per totū. Et vide specialis in hoc crimine in dicta. l. ij. li. i. ti. i. foro legū. Et adde causam eodē foro li. iiij. ti. xxj. l. pe. Quādo aūt dicatur maleficiū proditorie perpetratum vide Bar. in. l. Respiciendū §. Delinquūt. ff. de penis. ⁊ vide. xlvj di. Clericus. glo. ij. ⁊. c. Nolite ⁊ glo. vj xj. q. iij. Tangit vt in exemplis hic positis. Idē si scienter quis fecit aliquid ⁊ cōsuluit ex quibus poterat rex mori vel infamari occidendus est ⁊ bona perdit ij. parti. ti. xiij. l. x. ¶ Incarceret. Incarceratus enī dicitur cū detinetur: ita q̄ volēs recedere nō potest siue i domo siue in villa siue in cōpedibus siue in vinculis siue sit ligatus siue nō videt̄ captus seu incarceratus: ⁊ capiens nisi potestatē habeat in tali casu priuatū carcerē cōmittit vt no. Salisce in. l. i. C. De priua. carce. ⁊ in. l. Succurrit. ff. Ex qui. cau. ma. ⁊ no. glo. ⁊ docto. i. l. iij. C. Ad. l. iuli. de vi publi. Regē aūt capiens punitur ac si eū occidisset: q̄ per captionē eū vult diffamare. ij. parti. ti. xiij. l. xj. Patrie damnum. Idē si opera eius ⁊ dolo malo aduersus regni securitatē cōmisit ⁊ procurauit vt aduersus rempublicā loca occuparent̄: ⁊ templa ⁊ hoīes ad sedicionē conuocauit. Et si hostibus regni nūcios vel litteras misit signumue dedit feceritq; vt hostes regni cōsilio aduersus rempublicā iuuarent̄ vel milites cōcitauit seu sollicitauit: vt seditio seu tumultus aduersus rempublicā fieret: vt hec oīa in. l. i. ff. Ad. l. iuli. maies. Et talis capite punitur ff. De re mili. l. Desertorem ¶ Item proditionē cōmittit qui sui regis aliam nō custodit vel in sui dedecoris ⁊ generis labez vel regni damnum tam consilijs q̄ factis non obuiat nec ei sagaciter pro vt tenetur suggerit nec ab ista regē cū potest eripere nolit proditionē cōmittit nō minorē q̄ regē iniurias penā sustinebit ij. parti. ti. xiij. l. xxv. ¶ Item nota q̄ proditor debet esse alienus ab oī facie dn̄oꝝ ⁊ principū: ⁊ nō potest stare in curia principis Et qualitas proditionis aggrauat oē delictum: no. Bal. in li. feu. ti. An ille q̄ inter fra. domi. sui c. i. Castrū vetus. Uide qđ scripsi supra. Castrū. a. ¶ Alleuosiā nota q̄ alleuosia multipliciter consideratur quo ad penā infligendā. Nā quandoq; alleuosus post oīa bona in casu legis. ij. foro legū. ti. xx. li. iiij. Et corpus

perdit vt ibi. Quandoq3 medietatē cū corpore vt eo so le li.iij ti.xvij li.j. τ.viij. pti.ti.viij.l.iij. Regulariter tū proditoris oia bona τ alleuosi medietas bonorū applicantur fisco. vt alle l.ij fo.le li.iiij ti.xvij. De quo vide qd no. Cy in l. Quisquis. C. Ad l.iuli.maiest. pro ditione. Nota q̄ mitius agit̄ circa proditionē contra aliū cōmissam q̄ contra regē vel regnū Concor. l.fi. ff. De penis. Et qd no.glo.τ Bar. in l.viiij. ff. De iure patro.τ.Cy.in.l. Quisq̄s iij.op.τ.ij.q. C. Ad l.iuli.maiest. ¶ Itē nota circa istā materiā q̄ si miles fuit contra regem trāsferēdo se forte ad hostes regis admittit oia priuilegia sibi a rege concessa vt.l.Iudeos.C. De iure.i fi.τ.C. De aque ductu l.Eos. Ideo licet sit recōciliatus regi nullo modo recuperabit dicta priuilegia vt.ff. De iure au.anu.l.i.τ ij. Et est cōclusio. Jo.de platea in.l. Cū allegari.C. De re mili.li.xij. circa fi. De hac materia q̄ dicatur proditor τ in q̄bus casibus cōmittatur proditio: vide eleganter p Bal.in li.feu. s. Quibus mo. feudum ami. c.i. §.i.

¶ Proditionē vel alleuosiā contra aliū reptando intenderis qualiter hoc sibi permittatur. vide infra. Reptare.a.

¶ Proditor reptare alium nō potest. vide infra. Reptare.b.

¶ Proditor vel alleuosus nemo potest p sententiā dari seu pronunciari nisi per regem vide infra. Reptare.b.

¶ Prohibitiones facte p laycos ne iussa prelatorū adimpleantur sunt nulle. vide infra. Statuta.b.

¶ Promissio ex qua quis alteri obligatur etiā si nō fiat cū solennitate stipulationis valet. vide supra. Obligatio.a.

¶ Propinquior in genere potest rem patrimonij vel auolengi p herede vendita retrahere. vide supra. Hyspalen.c. τ vide infra. Venditio.g.

¶ Publicatis attestationibus nō pūt vltra testes produci. vide infra. Testes.a.

¶ Publicatis attestationibus an pōt noua exceptio que requirit probationem admitti. vide supra. Auditores.n.

¶ Pugnans cū armis cōtra alterius hospitiū seu domū vltra corporalē penā: medietatē perdit bonorū regis camere applicandā. Ordi. Hen.ij. De penis.l.xx.

q

Questores elymosinarū an possūt exigere testamēta: seu cōpellere gētes ad audiendū sermones suos. vide infra. Rescriptum.e.f.

Rapiens aliquid contra dn̄i voluntatē cum triplo restituat. vide supra. Miles.c. Rapiens boues aratorū vl' alia ad agriculturā deputata punitur. vt supra. Pignus.c.

¶ Rebellis qui trina citatiōe vocatus coram iudice comparere renuit punitur. vt supra. Contumax.a.

¶ Recuperator regis nō soluens pecunias quas debet eis qui regis mandato eas habere debent vsq3 ad mensem post tempus quo eidē recuperatori collectores seu arrendatores soluere tenētur. vt dicitur supra. Arrendator.m. Soluat pro quacunq3 die qua ex tunc transierit quinq3 moro. pro mille. Item talis morosus recuperator iura sui officij leuare nō poterit pro pecunijs quas in termino vt premittitur nō soluerit. Ordi.regis Jo.i. Briuiesca.l.xiij.

¶ Recuperatores regis deputentur tales qui sint boni idonei τ pertinentes τ diligentes ad regis seruiciū publicūq3 regni cōmune: taliter q̄ regis subditi τ naturales bene τ sine aliqua exactione seu fatigatione liberentur. Ordi. Jo.ij. Burgis.peti. xix.anno.xxix.

¶ Item recuperatores pro dationibus seu pro precio minime dentur: nā ex tali emptione officiorū multa proueniunt damna. Ea.ordi.peti.xx.

¶ Recuperatores nō sint iudei nec mauri. vide supra. Judeus.

¶ Recuperator regis pecunias redditiū vel iuriū regalium recuperans: pro quolibet tertio anni si apud eundē recuperatorem aliquę manent pecunie vltra illas q̄s regis mandato soluit: id regi notificare tenetur vsq3 ad decennū. Si rex intra portos fuerit: vel vsq3 ad.xx.dies. si rex vltra portos steterit: contrafaciēs decē moro. p

mille de his pecunijs quas recepit pro qualibet die q̄ post terminū notificationis vt pmittitur effluxerit soluat hāc eandē penā. Recuperator incurrit si postquā regio notificatū fuerit: ⁊ rex vsq3 ad certū terminū iusserit pecuniā tradi: ⁊ recuperator nō adimpleuerit. Si vero soluēdo nō est arbitrarie corporaliter punitur: excepta morte ⁊ membri mutilatione. Eadē ordi. Jo. i. Briuiesca. l. xiiij.

¶ Recuperatores iuriū regalium si ea vsq3 ad annū nō petāt seu liberēt pdunt qd̄ eis debetur. vide su. Prescriptio. e.

¶ Recuperatores seu collectores regis compelli possunt p locorū pretores regis mādatū adimplere. vide supra. Pignus. d.

¶ Recuperatores regis nō certe seu indebite pecunias regis liberātes puniuntur. vt supra. Arrendator. n. vide circa hoc supra. Littera collector. ⁊ supra. Arrendator p totum.

¶ Recusans iudicē vt suspectū recusationem iurare tenetur: ⁊ si causa fuerit ciuilis iudex secū bonū assumat hoiem p associato: vt vterq3 simul de causa cognoscant. Jurare quoq3 tenentur in cruce sacro tactis euāgelijs qd̄ bene ⁊ recte causam diffinient ⁊ ius suū vnicuiq3 tribuent. in causa vero criminali recusatus aliū assumat secū iudicē seu pretorē associatū si in loco fit: defectu cuius ciuitatis vel ville rectores duos deputent inter se rectores sine suspitione qui cū iudice recusato assistāt ad audiendū diffiniendūq3 causā: ⁊ oēs vt pmittitur iurent. Si aūt rectores in eligendo dictos associatos discordes fuerint sorte dirimatur. ⁊ taliter electi vel sorte noīati audiant causam ⁊ iurēt vt pmittitur. si vero in loco rectores defuerint iudex recusatus diuitiores assumat loci hoies. Et sorte inter se facta duo ipsorū cū recusato iudice causam audiant ⁊ diffiniant. Foro nouo regis Al. de alcala. ti. v. l. i. Confirmatur ista lex p regē Jo. ij. Vallad. anno mill. cccc. xlj. peti. xxxiiij. Et addit ibi rex i peti. se. Qd̄ assessor qui est iudici recusato in causa criminali fuerit assumptus tenetur ire ad audientiā carceris cū dicto iudice sub pena qd̄ soluat parti expēsas ⁊ dāna q̄ culpa sua obuenerint pp̄ter litem dilatatā. ¶ Item tenetur dictus assessor tēpore quo assumitur promittere suā bonā ⁊ honestā diligentiā facere taliter vt lis cū toto posse sine dilatione finiatur.

